













colorchecker CLASSIC



= A - 641-2 =

A.F.A. 00076

Document 6



SENTENTIA,

R. 35.224 ET MOTIVA

IN PROC. ECCL. ET REGIÆ JURIS-
dictionis Civitatis Turolen. Ann. 1742.

SENTENTIA.

Jesu-Christi Nomine invocato.



TT. cont. pronuntiamus, & declaramus
præsentem Competentiam ritè, & rectè,
& juxta Foros fuisse devolutam ad hoc
Tribunal ; & in ejus consequentiam sen-
tentiamus, Competentiam Judicis Eccle-
siastici locum habere, & de Jure, & Foro
procedere, personamque Petri Blasco Lai-
ci rectè, & ritè fuisse captam per proprios Ministros Curiæ
Ecclesiasticæ Turolensis, non implorato auxilio brachii Sæ-
cularis, ac Carceribus Episcopalibus Turolensibus mancipa-
tam : & insuper declaramus, & pronuntiamus Competentiam
Judicis Ecclesiastici locum habere, nullamque fuisse cap-
tionem, bonorum sequestrationem, ac acta fulminata
contra Emmanuelem Ramiro Nuntium Curiæ Ecclesiasti-
cæ Turolensis per Prætorem dictæ Civitatis, ipsumque tene-
ri tollere, & relaxare sequestrum bonorum præfati Emma-
nuelis Ramiro, ac acta contra ipsum fulminata prædictæ
Curiæ Ecclesiasticæ restituere: neutram partium in expen-
sis condemnantes, demptis sex ducatis pro salario DD. Con-
fidentium, in quibus partem victricem condemnamus : & ita
declaramus eo meliori modo, &c. mandantes, &c.

D. Josephus Martinez Rubio,
Cancellarius Competentiarum.

A

Ex

Ex eo, & alias: Nam ut ex actis hujus causæ resultat, quatuor sunt articuli in hac contentione emergentes, duo incidenter, duo vero principaliter deduciti: primus incidenter deductus versatur circa citationem partibus contendentibus faciendam, quæ licet ab Arbitris quoad Jurisdictiones expleta sit, non tamen quoad Reos; unde consequens erat, ut haec causa ad Arbitros devolveretur, ut præfatam citationem quoad Reos explerent, ut eis præjudicium pararet, tempusque curreret ad faciendum ea, quæ de Jure, & Foro efficere tenebantur, juxta disposita in for. I. tit. de Competent. Jurisd. junctis traditis à Petro Molin. in sua Prax. tit. Proces. de Compet. de Jurisd. fol. 333. Frances de Compet. quæst. 44. à num. II.

2. Verum omissa quæstione; an Reus, præter ipsas Jurisdictiones contendentes, in causa Competentiæ citandus sit, in qua in varias opiniones scinduntur DD. ut videre licet apud Farinac. lib. 2. consil. 168. à num. 42. Bonacini. tom. 2. disp. 3. quæst. 7. punct. 7. n. 10. Gratian. discep. forens. cap. 596. num. 26.

28. & 30. Castropal. in Sum. tom. 2. tract. 11. disp. unic. punct. 13. à num. 10. Guazin. de Defens. reor. defens. 1. cap. 31. num. 9. cum aliis congestis à Frances de Compet. d. quæst. 44. per tot. & quæst. 71. Illud tamen apud nos certum est, sufficere ad ritè, & rectè efformandum Processum Competentiæ, quod per Cancellarium Reus citetur juxta for. I. de la Compet. de Jurisd. qui dum loquitur de Cancellario, expresse disponit: Sea tenido, y obligado, oídas las Partes interessadas, y los jueces contendientes, si alguna cosa quisieren decir ante el dicho Canciller, declarar la dicha contencion. Et innuunt Portol. in Schol. ad for. I. num. 32. Frances de Compet. d. q. 44. num. 3. & 4. inveniturque decisum in hoc Tribunali in Proc. Procurator. Astricti Ville de Alcorisa de anno 1683. per Ilustris. D.D. Blasium Serrate, Episcopum Tyrafonen. tunc Regium Cancellarium, ut resultat ex suo Regest. tom. 5. fol. 102. & seqq. qui in motivis fol. 107. §. Nec obstat, in fin. hæc habet: Et forus primus de competentia jurisdictionis, qui dat normam processibus Competentiarum, solum dicit, quando tractat de Cancellario Competen-

tentiarum, OIDAS LAS PARTES INTERESSADAS; sique ab ipso solum, seu ejus Tribunalis videtur citationem necessariam: cumque per nostras Literas citati fuerint Emmanuel Ramiro, & Petrus Blasco Rei sub die 28. Aprilis labentis anni, ut resultat ex actis hujus Tribunalis fol. 35. dorf. recte, & juxta foros ad ipsum fuit devoluta præsens Competentia, ex concordi DD. Consulentium voto.

3 Secundus articulus incidenter in hac causa deductus, notificationem Literarum formationis Competentiae cum nominatione Arbitri, à Prætore Turoensi expeditarum concernit; quæ cum Judici Ecclesiastico fuerint notificatæ, nec intra triduum suas Responsivas dederit; ipso foro declarata censi debet Competentia in favorem Jurisdictionis Sæcularis, ut expressis verbis cavetur in for. 1. for. Por no responder, 3. tit. de Compet. Jurisd. & notat Portol. in Schol. ad d. for. 3. num. 13. & 14. Franc. de Compet. quest. 5. num. 5. & 6. Ast nullam fuisse notificationem Literarum formationis Competentiae factam Vicario Generali Turoensi, pro com-

3

perto habemus; quandoquidem constat ex notificatio-
ne apud acta Arbitrorum fol.
58. dumtaxat Vicario Gene-
rali fuit notificata à Notario
copia Literarum, non ostendis (licet requisito) origina-
libus, quæ vim, & efficaciam
veræ, & legitimæ inti-
mationis habere non potest,
non ostendis originalibus, nec
Vicarius Generalis suas Res-
ponsivas expedire tenebatur;
nec incidere in pœnam ab ip-
so foro stabilitam, contra Ju-
dices non respondentes Lite-
ris formationis Competen-
tiæ.

6 Quibus accedit quod cum in d. for. Por no responder 3. expressè disponatur, quod Judici, cui Literæ formationis competentiae fuerunt notificatæ, intra triduum non respondenti; Judex, qui Competentiam formavit, monitariales post triduum ex-
pediat cum assignatione alterius tridui, quo transacto, nec Judici, cui intimatæ sunt respondenti, Competentia ipso foro declarata censeatur contra Judicem non respondentem, ex ratione animadversa à Portol. in Schol. ad d. for. Por no responder 3. num. 1. & insinuata à Franc.

d.



d. quest. 5. num. 5. in fin. Prætor Turolen. prætermisso formalitatibus in dictis for. 1. & 3. de Compet. Jurisd. expressis, quæ ad unguem observari debent cum pro forma substantiali sint præscriptæ, ut fundat Ill. D. D. Gabriel Sora, Episcopus Albarr. Regius Cancellarius, tom. 1. Regest. fol. 65. & seqq. expeditis Literis formationis Competentiæ cum nominatione Arbitri sub die 7. Februarii labentis anni, quæ exhibitæ inveniuntur in actis fol. 56. factaque Vicario Generali, non ostensis originalibus, notificatione sub eadem die 7. ut resultat ex actis fol. 58. illatio, nulla interposita mora, præcipitanter triduo à foris pro forma stabilito, non expectato, sub die 8. præfati mensis, & anni, Literas Monitoriales, quæ extant in actis fol. 59. Vicario Generali direxit, cui sub eodem die fuerunt intimatæ, ut resultat ex actis fol. 60. dorf. Unde cum nec fuerit legitima notificatio Literarum formationis Competentiæ, ut præfatum est, nec Prætor Turolen. ad unguem observaverit, quæ in dictis foris pro substantiali forma constituta

sunt, non potuit Ordinarius Ecclesiasticus incidere in gravissimam pœnam, ut contra ipsum declarata sit ipso foro Competentia.

5 Expeditis jam articulis incidenter in hac causa emergentibus, gradum facimus ad examen, & discussionem aliorum principaliter in hac contentione deductorum; quorum primus circa implorationem brachii Sæcularis versatur, originemque dicit à captione personæ Petri Blasco Laici per proprios Ministros Curiæ Ecclesiastice Turolen. executa, irquisito, ac non implorato auxilio Brachii Secularis, ex præexistente in Tribunali Ecclesiastico sponsalium causa, prout non controvertitur inter Jurisdictiones; contenditur tamen pro Sæculari, quod licet Judex Ecclesiasticus in hac, & cæteris causis, in quibus, vel privative, vel præventive causæ cognitionem habet in personas Laicas, possit procedere; non tamen per se, propriosque Ministros, posse Carceribus Episcopalibus Laicos mancipare, pœnas pecuniarias, & alias ab ipsis exigere, suasve sententias exequi, non im-

plorato auxilio brachii Sæcularis , cum dumtaxat apud ipsam Regiam Jurisdictionem resideat jus , & potestas coercendi , exequendi , exigendique pœnas pecuniarias , & temporales à Laicis , ut suæ potestati , & jurisdictioni subjectis , tamquam effectus principalissimus meri imperii apud Principes , & Potestates Sæculares residentis .

6 Inficiari non valet , quin antiquitus , & ante Sacrosancti Concilii Tridentini promulgationem , summè controversus fuerit inter utriusque Jurisprudentiaæ Auctores articulus iste , qui eos quasi factionariè , in duas omnino contrarias sententias traxit , atque diviit ; aliis opinantibus in favorem Regiæ Jurisdictionis , variosque , & diversos utriusque Juris textus , & decisiones in suæ opinionis fomentum adducendo , ut juris assistentiam in favorem Regiæ Jurisdictionis firment , stabiliant , atque corroborent , quos lato calamo congerit , & illustrat D. Joannes Larrea *Decis. Granaten. decis. I. per tot.* Contentibus aliis Ecclesiasticam Jurisdictionem , nullo adhibito , & implorato exteriori

auxilio , posse in causis , & casibus , ad suam notiōnem , sive privativè , sive præventivè spectantibus , contra Laicos procedere ad captionem , personarumque distinctionem , exactionemque pœnarum temporalium , nisi necessitas , aut præexistente resistentia aliud Judici Ecclesiastico suaderet ; benè verū est , quod hæc potestas pœnes Judicem Ecclesiasticum residens , subsidiaria erat , nec nisi inutiliter adhibito remedio ordinario Censurarum , pœnarumque spiritualium , exerceri poterat ; in cuius sententiæ , & opinonis fomentum , quamplurimi adducuntur textus , & Auctores , quos in unum congesimus in motivis *Proc. Eccles. & Reg. Jurisd. Civit. Tyrasonen. anni 1740. tom. 10. Regest. pag. 133. §. Altioris profecto, & accurrioris, & §. Ex hoc.*

7 Hinc inter hujusmodi ultimæ opinionis , & sententiæ Auctores , per utriusque juris textus ab ipsis laudatos invalescere cœpit traditio illa , quod videlicet in causis privativè , vel præventivè ad cognitionem Judicis Ecclesiastici spectantibus contra

6

Laicos , eorumque punitio-
nem, destructa, vel saltim de-
bilitata illa nativa juris assis-
tentia Jurisdictionis Sæcula-
ris in Laicos , dumtaxat com-
petere Judici Ecclesiastico,
pœnes quem residuebat cog-
nitio, ac coercitio delictorum
ad suum forum spectantium;
moti ex illa inter alias , quas
expendunt rationes , quod
nempè Judicibus Ecclesiasti-
cis attributa sit à jure in præ-
fatis causis contra Laicos , Ju-
risdictio , causæque cognitio,
ac in necessarium consequens
omnes actus , sine quibus ju-
risdictio , & cognitio experi-
ri , & exerceri non valet : ac
in hujus opinionis fomen-
tum multa alia expendunt
fundamenta , copiosè contra-
riis respondendo , ut apud ip-
sos videre licet.

8 Hæc opinionum , ac
sententiarum inter Auctores
diversitas , adeò implexum,
& inextricabilem reddidit ar-
ticulum , ut Oratores Regis
Catholici, aperto adhuc Con-
cilio Tridentino , ejus nomi-
ne gravissimè apud Patres
conquæsti fuissent , quod Or-
dinarii Ecclesiastici nimia fa-
cilitate , gladio excomunica-
tionis uterentur , indeque
evenire , ut fideles illaquea-

rentur ; Censuræque Eccle-
siasticæ contemnerentur ; ac
proindè institerunt , ut Patres
statuerent , ne de cætero li-
ceret uti excommunicatione , sed
prius deberent Ordinarii alia
remedia experiri pro justitiæ
executione , ac demum in sub-
sidium Censuras adhibere , ubi
executio realis , vel persona-
lis fieri non posset , ad quo-
rum Regis Catholici Orato-
rum instantiam Patres decre-
tum registratum in cap. 3. ses.
25. de Reform. ediderunt in
Actis præfati Concilii in Ar-
ce Sancti Angeli Romæ asser-
tatis , ut totidem ferè verbis
testatur Prosper. Fagnan. ad
text. in Cap. Pervenit 2. de adult.
¶ stup. & meminit in cap. Li-
cet 3. de Pœn. num. 25. vers.
Hæc omnia.

9 Hæc conquæstio sum-
ma cum ratione à Regiis Ora-
toribus , Concilii Patribus ex-
posita fuit ; siquidem Ordinarii Ecclesiastici præcipue in Hispania , nimia facilitate ,
omisso ordinario remedio
distractionis personalis , & rea-
lis Laicorum in omnibus illo-
rum causis ad suam cogni-
tionem spectantibus ; inver-
so juris ordine , ad extraor-
dinarium , & subsidiarium
Censurarum remedium con-
fu-

fugiebant ; quo animadverto a Patribus abusu , justissime in d. cap. 3. ses. 25. de Reform. statuerunt , quod Ordinarii Ecclesiastici in causis Laicorum ad suum forum spectantibus, eorundem coercionem incipiunt , per multas pecuniarias , seu per captiōnem pignorum , personarumque distinctionem per suos proprios , aut alienos executores faciendam : & subjungit : *Quod si executio realis , vel personalis aduersus Reos hac ratione fieri non poterit ; eos etiam anathematis mucrone , arbitrio suo ferire poterit* : Circa causas Criminales contra Laicos , ita decreverunt : *In causis quoque Criminalibus , ubi executio realis , vel personalis , ut supra fieri poterit , erit à Censuris abstinentum ; sed si dictæ executioni facile locus esse non possit , licebit Judici hoc spirituali gladio in delinquentes uti.*

* 10 Ex hac conciliari regula , & decreto duo promanare autumant , censemque Canonistæ : alterum possitivum , & indubitate , quatenus inverso procedendi ordine , decernit Concilium , quod Ordinarii Ecclesiastici subsidiariè dumtaxat ad Censuras procedere valeant ,

7
quando executio realis , vel personalis haberi non possit : & alterum præsuppositivum circa antiquam controversam quæstionem assidentiæ juris in Ordinariis Ecclesiasticis , ad procedendum contra Laicos in causis , sive privativè , sive præventivè eorum forum concernentibus , pœnis pecuniariis , & temporalibus , absque necessitate implorandi ad earundem executionem auxilium brachii Sæcularis ; quæ juris assidentia ad præmissa , in favorem Ordinarii Ecclesiastici , post præfatum Decretum Conciliare , adeò incontestabilis visa fuit Lotterio , ut non hæsitaverit affirmare in suo tractatu de Re Beneficiar. lib. I. cap. 9. num. 96. Et hodie non longè esset ab errore , qui in hæc impingeret , cum Sacrum Concilium Tridentinum supponens Jurisdictionem Episcopi in Laicos , tamquam principium , eos coerceri personaliter , & per suam militiam armatam jusserrit , prohibens , neque ad Censuras , neque ad invocationem brachii Sæcularis devenire , nisi in subsidium , ut leg. Ses. 25. cap. 3. de Reformat.

* 11 Nec adeò clara Concilii Tridentini decisio , tan-

ta cum deliberatione ad instantiam Regis Catholici emanata, ac in his Hispaniarum Regnis promulgata, sedare potuit contrarias Auctorum opiniones, ut præfatum conciliare decretum disidentes DD. in unam sententiam collimatet, vel tamquam correctivum Juris Communis, vel tamquam approbativum opinionis existimantium, posse Judicem Ecclesiasticum in causis Criminalibus Ecclesiasticis, aut mixti fori procedere ad Laicorum capturam, vel tandem tamquam novi juris inductivum, ut ratiocinatur Fagnan. ad text in cap. Pervenit, 2. de Adult. num. 29. ibi: Quatenus dubia videretur (hæc quæstio) in terminis Juris Communis; tamen post Concilium Tridentinum videtur esse extra omnem difficultatem; sive quia correxit Jus Commune, quatenus clarè sanxisset, ut Judicibus Ecclesiasticis non liceret Laicos personaliter distingere, sive quia quatenus Jus Commune fuisse dubium, approbavit opinionem Gloff. & DD. qui scripserunt id licere Judicibus Ecclesiasticis: idemque observat in cap. Licet de Pœnis, num. 23. Statim enim insurrexerunt, utriusque opinionis DD. de-

ducendo varias interpretationes, expositiones, & intellectus pro dilucidando, seu potius densissimis tenebris obnubilando conciliari decreto, in dict. cap. 3. sess. 25. de Reform. ut videre licet apud Cortiad. decis. 231. num. 6. cum pluribus ab eo laudatis Pœguer. decis. 93. numer. 25. Franc. Leo decis. Valen. decis. 154. num. 15. Aceved. in leg. 14. tit. 1. Recop. num. 2. plures congesti à Vela in Praelect. ad cap. 1. de Offic. Judic. Ordinar. part. 2. num. 56. qui licet Regius Confiliarius, non dubitavit affirmare loquens de præfato concialiri decreto, dict. num. 56. propè fin. Cui nullum congruum, aut certum, sed nimis fallax, & inconstans, mereque cerebrinum responsum aptant Anguanus, & Molinus, &c.

12 Hæc irreconciliabilis dissensio opinionum, prodigiosaque varietas interpretationum, ac expositionum præfati cap. 3. quasi coagit, (ut ita dicam) utriusque sententiæ Auctores, pro decido hoc articulo, ad consuetudinem recurrere; ita ut ubi adest legitima, procedere valeat Judex Ecclesiasticus contra Laicos per multas, aut pœ-

pœnas pecuniarias, personamque captionem per propios Ministros, seu Executores, non implorato auxilio brachii Sæcularis, nisi quando ipsi expediens visum fuerit, ut unanimiter testatur Covarrubias Pract. quæst. cap. 10. num. 2. qui postquam expendit, utriusque opinionis fundamenta, subjungit vers. Primum: *Ubi consuetudine legitimè præscripta obtentum effet, quod Judex Ecclesiasticus habens alicujus causæ cognitionem aduersus Laicos, posset eosdem capere ac carceri tradere, usus hic erit omnino servandus.* Aceved. in leg. 14. tit. 1. lib. 4. Recop. num. 7. ibi: *Quæ quidem conclusio sic declarata limitatur, primo ex supradictorum DD. assertionibus, ut non procedat, quotiescumque consuetudine legitimè præscripta obtentum effet, quod Judex Ecclesiasticus habens alicujus causæ cognitionem aduersus Laicos, posset eos capere, & carceri tradere, usus enim hic erit omnino servandus.* Copioso Vela ad cap. 1. de Offic. Ordinar. part. 2. de Episcop. num. 119. cum pluribus seqq. Bobadill. in Polit. lib. 1. cap. 17. num. 177. Corriad. dict. decif. 231. num. 8. Belluga in Specul. Princip. rubric. 12. §. Quædam, num. 107.

Matthæu de Reginin. *Regni Valenc. cap. 7. §. 1. num. 172.* Leo decis. 154. num. 17. Jul. Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 37. num. 8. ibi: *Benè verū est, quod si Prælatus legitimè præcripsisset hanc facultatem exequendi contra Laicos, utique posset illos capere, & carcerari facere, & hoc ab utriusque partis Auctoribus receptum esse testatur.* Menchaca.

13 Idem mox citati Auctores Realistæ, qui pro decidendo hoc articulo, ad consuetudinem confugiunt, fiunt satis objectioni deductæ, ex leg. 14. & 15. tit. 1. lib. 4. Recop. Censem enim, quod earundem providentia, & signanter consuetudinis reprobatio expressa, in dict. leg. 15. sibi locum non vendicant in consuetudine legitimè præcripta; ut censem Covarrub. dict. cap. 10. num. 2. vers. Primum, ibi: *Nec Carolus Cæsar, Rex invictissimus hanc consuetudinem tollere, legeque propria voluit unquam improbare, etiam si saepius ab eo fuerit petita hujus praxis, & usus abrogatio in publicis totius Regni Conventionibus: vel consuetudinem esse reprobata, quatenus respicit causas Civiles, aut Criminales civiliter intentatas; ut*



observat Suarez de Paz in Prax. tom. 2. prælud. 2. num. 56. ibi: *Supradictam resolutionem intellige veram esse, quando apud Judicem Ecclesiasticum adversus Laicos procederetur in causis Civilibus, vel in Criminalibus civiliter intentatis.* At vero quando Ecclesiasticus judicio criminali procederet adversus Laicos ad punitionem culpæ, tunc benè poterit personas Laicorum capere, & in carcerem detrudere: & ita in praxi observatur in Tribunal. Salmantino. Quibus adstipulatur Covarrub. Pract. quæst. cap. 10. num. 2. vers. Tertio illud, in fin. ibi: *Nam & Leges Regiæ, etiam si generaliter hac de re fuerint statute, nihilominus in hunc casum tendere frequentius videntur.* Ratio vero quare dispositio præfatarum legum non deroget consuetudinem capiendo Laicos in causis Criminalibus notat Vela in cap. 1. de Offic. Ordinar. part. 1. num. 124. ibi: *Quapropter, cum res ad suam naturam, & initium facile revertatur: multo fortius hodie valebit specialis quorundam locorum consuetudo juri illi communi conformis, ut Ecclesiastici Judices incarcерare possint Laicos delinquentes, in quos ex preventione jurisdictionem habent.*

Vel tandem quod præfata consuetudinis derogatio intelligenda est de consuetudine introducta tempore promulgationis dictarum legum, non tamen de illa, quæ post earum editionem invenitur recepta; ut firmat Aceved. in dict. leg. 14. tit. 1. lib. 4. Recopil. num. 8. & 9. Præterquamquod promulgatio præfatarum legum præcessit dispositioni conciliari, ipso Catholico Rege Oratore existente, & abs dubio ex hac causa inobservatae inveniuntur inquam plurimis Diœcesibus Regnum Hispan. ut testantur Covarrub. Pract. quæst. dict. cap. 10. num. 2. vers. Prim. Bobadilla in sua Politic. lib. 2. cap. 17. num. 178. Suarez de Paz in Prax. tom. 2. prælud. 2. num. 56. Aceved. ad dict. leg. 14. tit. 1. lib. 4. Recopil. num. 16.

14 Verum quidquid sit de observantia dispositionis præfatarum legum 14. & 15. in ceteris Hispaniarum Regnis, certum omnino est, quod ejus dispositio afficere non potest hunc Aragonum; si quidem ex Decreto Serenissimi D. nostri Regis, derogatorio Legum Municipalium hujus Regni, emanato sub die

die 29. Junii anni 1707. præservata invenitur in causis Contentionum Jurisdictionalium forma procedendi, jam ab antiquo in hoc Tribunali observata, ut resultat ex præfato Decreto transcripto in libro de Autos acordados, fol. 167.

Auto 154. alli: Excepto en las controversias, y puntos de jurisdicción Ecclesiastica, y modo de tratarla, que en esto se ha de observar la práctica, y estilo, que hubiere havido hasta aqui, en consecuencia de las Concordias ajustadas con la Santa Sede Apostólica, en que no se debe variar. Et novissimè comprobatur hoc ipsum ex Epistola Regii, & Supremi Consilii transmissa Prætori Turolen. registrata in actis coram Arbitris, fol. 149.

dors. alli: Haviendo visto en el Consejo la dependencia de prohibicion de Bayles en esse Obispado; y sobre si en las causas pertenecientes à la jurisdicción Ecclesiastica contra Legos, debe pedir el auxilio Real, y los demás puntos que comprehende el recurso Ecclesiastico à él por esse Obispo: ha acordado se prevenga à V. S. que en todos los casos que ocurran, procure mantener la mejor correspondencia con el señor Obispo, y su jurisdiccion; de modo, que se auxilie

una à otra conforme la práctica, costumbre, y estilo de esse Obispado, y Reyno; y que en los casos que se ofreciere duda, se valga V. S. de los remedios establecidos en él para su decision.

15. Et certè absolutissimum est in hoc Regno, quod consuetudo, tamquam magistralis regula pro controverso articulo decidendo, habita semper fuit; ut observat Selsè de Inhibitione cap. 9. §. 2. num. 34. ibi: Quando Ecclesiasticus haberet consuetudinem capiendi Laicos, & exequendi in eorum bonis; tunc enim posset exequi, & capere sine requisitione aliqua: : & ita fuit pronuntiatum coram Cancellario Competentiarum, me existente Consiliario. Et licet D. Franc. de Compet. quest. 72. num. 35. ex relatione DD. Episcoporum totius Regni ad ipsum transmissa testatur in omnibus Diœcesibus vigere consuetudinem, ut Judex Ecclesiasticus in omnibus causis, sive privativè, sive preventivè ad ipsum spectantibus possit procedere contra Laicos ad carcerationem, & alias penas pecuniarias: veritas tamen est, quod in Diœcesibus, & casibus, in quibus præfata consuetudo est allegata, & legitimè proba-

bata contentio , sine limitatione aliqua , decissa est in favorem Jurisdictionis Ecclesiasticæ : è converso , in illis , in quibus ob negligentiam , aut regulæ Tribunalis ignorantiam , nec allegata , nec probata fuit consuetudo , limitatè quoad pœnas spirituales tantum in favorem Jurisdictionis Ecclesiasticæ fuit declarata Competentia.

16 Hujus varietatis in decidendis controversiis Jurisdictionalibus quoad hunc articulum , luculentissima perhibent testimonia antiqui Regestri hujus Tribunalis , tām circa unam ; quam circa aliam speciem : circa primam in Proc. inter Illustrissimum D. Thomam Borgia Archiep. Cæsarag. ex una , & Judicem Sæcular. ex altera apud D. Sora tom. 2. Regest. fol. 14. dorf. ann. 1604. Ex eo , & alias , quia constat de publico concubinatu , ac etiam constant per presentem Proc. de consuetudine legitimia non contradicta per adversam partem , capiendo Laicos publicè concubinarios , & sic de qualitate circumferente Jurisdictionem Judicis Ecclesiastici : & in hoc exemplari unus ex Consultoribus fuit D. Josephus Sessè , de eoque meminit in tractat.

de Inhibit. dict. cap. 9. §. 2. num. 34. In Proc. Procurator. Fisc. D. Didaci de Yepes , Episcop. Tyrafon. apud D. Gabrielem Sora tom. 1. Regest. pag. 170. ann. 1609. Ex eo , & alias , quia constat de qualitate circumferente Jurisdictionem Judicis Ecclesiastici , attenta consuetudine in praesenti processu articulata , & probata. In Proc. Procurator. Fisc. Episcop. Barbastren. apud eundem D. Sora dict. tom. 1. Regest. pag. 206. ann. 1612. Ex eo , & alias , quia constabat de qualitate circumferente Jurisdictionem Judicis Ecclesiastici , maximè attenta consuetudine illius Episcopatus capiendo Laicos : probata in praesenti Processu.

17 Circa secundam , in Proc. Illustrissimum , ac Rev. Archiep. Cæsarag. ex una , & Judicem Sæcularem , seu Martinum Sebastian ex altera , apud D. Sora tom. 2. Regest. fol. 87. dorf. ann. 1608. Ex eo , & alias , quia constat de qualitate circumferente Jurisdictionem Judicis Ecclesiastici : dicitur autem dempta captione , quia ex deductis in processu non constat de requisitis necessariis juxta Juris dispositionem in casu occurrenti , ad hoc ut dictus Jūdex Ecclesiasticus possit procede-

dere ad captionem dicti Martini Sebastian. Et ex Regest. 1. fol. 113. apud D. Sora constat, quod in dicto processu Martini Sebastian non fuit probatum, nec articulatum, quod D. Archiepiscopus posset capere Laicos in crimen sacrilegii, de quo agebatur. In Proc. Judicis Sæcularis, & seu Petri Cosconil ex una, & Judicem Ecclesiasticum, & seu Catharinam Aguado Ruiz ex altera, apud D. Sora tom. 1. fol. 261. ann. 1617. Ex eo, & alias, quia constat de qualitate circumferente Jurisdictionem Judicis Ecclesiastici, dicitur autem dempta captione, quia ex deductis in processu non constat de requisitis juxta Juris dispositionem, ad hoc ut dictus Judex Ecclesiasticus possit procedere ad captionem. In Proc. inter Illustrissim. ac Rever. D. Joannem de Peralta, Archiep. Cæsaraug. & Paschasiom Rubio, Clericum, ex una, & D. Joannem Lopez de Heredia, seu Canerol. & Judicem Sæcularem, ex altera, apud D. Augustinum de Villanueva pro parte Jurisdictionis Sæcularis in hac causa exhibito, & fit mentio, tom. 2. Regest. fol. 184. dors. & 185. Quia constitit de qualitate circumferente Jurisdictionem Eccle-

siasticam quoad pœnas spirituales; non tamen de consuetudine quoad captionem, & pœnas temporales, cum nec allegata, nec probata fuerit, ut ex ipso Processu appareret.

18 Firmata jam consuetudinis regula in hoc Tribunali observata, pro decidendo controverso articulo: sub intrant duæ aliæ quæstiones, una circa qualitatem, & speciem consuetudinis? an videlicet sit necessaria immemorialis, vel sufficiat quadragenaria; an interpretativa, vel præscriptiva? & altera circa restrictionem consuetudinis ad casum, & factum in Competentia deductum.

19 Ast ab earundem examine, & discussione nos eximit ipsa jurisdictione Ecclesiastica Turolens. quæ immemorialem consuetudinem in omnibus casibus ad suum forum spectantibus, deducit, & allegat in schedula, apud Arbitros oblata, artic. 2. fol. 184. alli: Y en esta forma los sobredichos, y cada uno de ellos en sus tiempos respectivè, y por 1. 5. 10. 20. 30. 50. y 100. años continuos, y de tiempo immemorial, y desde antes de la

D

erect

erección de este Obispado, hasta de presente, continuamente por sí, y mediantes los referidos sus Vicarios Generales, Oficiales, y Ministros estuvieron, han estado, y están en derecho, uso, y possession pacifica de prender à qualesquier Legos, y Personas Seculares, y embargar sus bienes por qualesquier crímenes, y delitos, cuyo conocimiento ha pertenecido, y pertenece à su jurisdicción Ecclesiastica, assi espirituales, como preventidas de mixto fuero: comenzando por la prisón de las personas delincuentes, assi en frigencia, como con apellido, à instancia de Parte, de sus Fiscales, ñ de mero oficio, segun los casos lo piden, y de la forma, y manera que les ha parecido, y parece: y en tal derecho, uso, y possession pacifica estuvieron, han estado, y están dichos Señores Obispos, Vicarios Generales, y sus Ministros respectivos en sus tiempos continua, publica, y pacificamente sin contradiccion de nadie, viendolo, aprobandolo, y no contradiciendolo los Ministros, y Oficiales Seglares, como en toda classe de delitos hará constar por los Processos originales, que ofrece exhibir, y por otras probanzas legitimas, que sobre ello producirá.

20 Descendimus jam ad probationem consuetudinis universalis, in præcedenti transcripto articulo à Jurisdictione Ecclesiastica Turolens. deductæ: quām plenissimè justificatam censuimus ex centum triginta, & amplius Processibus originalibus in sua Curia actitatis, & apud Nos præsentatis, ex quibus extractum, testimonium exhibitum in actis hujus causa fol. 60. & seqq. ac cum citatione partium, per Actuarium hujus Tribunalis comprobatum fol. 13. & seqq. attestantem de conformitate præfati testimonii cum prædictis Processibus originalibus exhibitis, in quibus non solum tempus elapsum post dismembrationem Episcopatus Turolens. ab hoc Archiepiscopatu Cæsaraug. quæ exēcuta fuit à SS. Domino Nostro Gregorio XIII. Oratore existente Serenissimo D. N. Philippo II. Hispaniarum Rege Catholico sub die 30. Junii ann. 1577. sed etiam ante præfatam dismembrationem complectitur, ut ex ipsis dilucide constat ante, & post dismembrationem, & usque ad hæc tempora de successiva non interrupta con-
sue-

suetudine procedendi Judices Ecclesiasticos contra Laycos in omnibus causis, & delictis ad suum forum, sive privative, sive preventivè spectantibus, ad captionem, & distinctionem personarum, ac pœnarum temporalium exactiōnem, per se, & suos proprios Ministros, & Executores, irrequisito, & non implorato vero, & rigoroso auxilio brachii Sæcularis, ad executionem præmissorum, ut pro parte Regiæ Jurisdictionis contendit.

21 Ut autem qua optamus brevitate, & claritate principaliora exemplaria in actis hujus causæ ad consuetudinem probandam exhibita, perstringamus, & dilucidemus: singula, insinuatæ causis, delictis, temporum serie, & aliis circunstantiis probationem relevantibus notatisque foliis, seu paginis præfati testimonii, in medium producemos: & incipiendo à causis Matrimonialibus, specialiter in præsenti competentia deductis: sese offert antiquior Procesus in Curia Turolensi ante dismembrationem compilatus anni. 1548. fol. 120. super Sponsalibus, & stupro

ad instantiam Bartholomæ de Pradas, vicinæ Civitatis Turolens. contra Ildephonsum de Onia, nullo requisiito auxilio, captum per Regentem Officialatus illius Curiæ Ecclesiastice; quæ consuetudo successivè post dismembrationem Episcopatus continuata est in aliis causis ejusdem speciei, per captiones personarum, bonorumque sequestrationes, & alias pœnas temporales contra Laycos, ac executas per proprios Ministros Curiæ Ecclesiastice, ut resulcat ex Processu ann. 1599. fol. 121. in quo fuit captus Jacobus Campos, vicinus Civitatis Turolens. absque auxilio, & eodem ann. 1599. fol. 122. Bartholomæ Garcia, cui etiam sequestrata fuerunt ejus bona similiiter de anno 1605. fol. 122. dorf. fuit decreta à Judice Ecclesiastico captio personæ Joannis Baptistæ Martin, & licet posteà intercesserit separatio mulieris quarellantis, ast in decreto de capiendo, addita fuit illa clausula: *Et si opus sit invocato ad hoc auxilio brachii Sæcularis.* De anno 1610. fol. 123. captus fuit sine auxilio Franciscus Polo, Medicus Turolens. & anno

1722. fol. 124. Jacobus Campos, qui Judici Ecclesiastico fuit restitutus per Jurisdictionem Sæcularem Loci de Mora. Ac pariter anno 1724. fol. 125. sine auxilio captus fuit Josephus Ibañez, Loci de Camañas. Necnon anno 1725. fol. 126. Raphael Gascón, Loci de Fuentescalientes, cui tota Civitas assignata fuit pro carceribus. Eodemque anno fol. 126. dors. 127. Antonius Zunica, vicinus Civitatis Turolens. & in mandato de capiendo apposita fuit clausula: *Y que en caso necesario se implore el auxilio de la Justicia Secular;* & effectivè cum assistentia Officialis Majoris Prætoris Turolens. executa fuit captio.

22 Rursus de anno 1726. fol. 127. dors. captus fuit absque auxilio Joannes Rita, vicinus Civitatis Turolens. Et eodem anno fol. 128. Paulus Perez, vicinus Loci de Mora; & Petrus Joannes Remolar fol. 128. dors. vicinus Loci de Bechi. Ac anno 1727. fol. 129. captus fuit sine auxilio Michael Ximenez, Loci de Villal; & in Literis pro eo capiendo subjungitur: *Y para que en caso necesario os podais valer del brazo Secular.* Ac eo-

dem anno fol. 130. & 131. similitèr sine auxilio captus fuit Michael Perez, vicinus Loci de Allepuz, qui traditus, *custodiæ causa* Judici Sæculari præfati Oppidi, ab illo, Judici Ecclesiastico restitutus fuit; & in decreto de capiendo extat illa clausula: *Y para que en caso necesario pueda impartir el auxilio del brazo Seglar.* De anno 1728. fol. 131. dors. captus fuit Franciscus Hernandez, Loci de Cella, qui ad instantiam Catharinæ Rubira, tempore quo suam querellam proposuit coram Ordinario Ecclesiastico, per Judicem Sæcularem erat detenus in carceribus Regiis, qui eum restituit Judici Ecclesiastico Litteris ab eo expeditis. Anno 1729. fol. 133. licet ad instantiam Barbaræ Ferrer capi non posset persona Francisci Calvè, vicini Loci de Castralbo, sequestrata tamen fuerunt ejus bona. Ac eodem anno fol. 133. in fin. & dors. captus fuit Josephus Villanueva, vicinus Loci de Cella, absque auxilio, & carceribus Regiis præfati Leci, *custodiæ causa* detrusus, qui restitutus fuit à Judice Sæculari Ministro Curiæ Ecclesiasticæ, qui cum translatis ad

ad carceres Episcopales.

23 Ulterius de anno 1730. fol. 134. & 135. captus fuit Ludovicus Assensio, Notarius Turolensis, sine auxilio, qui è manibus Ministrorum Curiæ Ecclesiasticæ se eximens, iterum fuit captus, ac carceribus Regiis prædictæ Civitatis, *custodiæ causa* detrusus. Ac eodem de anno fol. 135. dorf. & 136. sine auxilio captus fuit Joannes Antonius Bux, Medicus Loci de Torrelacarcel, qui carceribus Regiis, *custodiæ causa* fuit mancipatus. Et eodem anno fol. 136. dorf. Augustinus Catalàn, residens in Civitate Turolensi, captus fuit ad cautelam per Judicem Ordinarium Loci del Campillo, qui Judici Ecclesiastico eum restituit, positusque fuit, *custodiæ causa* in carceribus Regiis ejusdem Civitatis. Anno verò 1735. fol. 169. dorf. captus sine auxilio Marcus Lopez, vicinus Civitatis Turolens. Et eodem anno, eodemque fol. 169. dorf. Josephus Dobòn, vicinus ejusdem Civitatis; ac Josephus Calvè fol. 140. Et de anno 1736. fol. 140. dorf. Josephus Milla, vicinus Civitatis Turolens. Et anno 1738. fol. 141. Thomàs Vicente, vi-

cinus dictæ Civitatis: & eodem anno, dictoque fol. Francisco Tortajada, ejusdem Civitatis vicinus; omnesque non implorato auxilio brachii Sæcularis. Ac eodem anno 1738. fol. 142. dorf. Josephus Pertas, sine auxilio fuit captus; licet in mandato de capiendo addita fuisset clausula: *Con facultad de en caso necesario pedir ayuda al brazo Secular.*

24 Tandem anno 1739. fol. 143. & 144. fuerunt capti Petrus Martin, Oppidi de Cedrillas, & Gaspar Ubeda, Loci de Sancta Eulalia, nullo implorato auxilio brachii Sæcularis. Et eodem anno fol. 144. dorf. & 145. Petrus Formentin, Oppidi de Mora; & in mandato de capiendo inseritur clausula: *Y en caso necesario se imparta el auxilio del brazo Secular, juxta stilum;* & quamvis imploratum fuisset auxilium; captio tamen sine illo fuit executa, & in carceribus Regiis dicti Oppidi fuit positus reus sub custodia Judicis Sæcularis, qui eum Executori, seu Ministro jurisdictionis Ecclesiasticæ restituit. Eodemque anno fol. 145. dorf. & 146. captus fuit Michael Benedicto, Clericus primæ Tonsuræ, Oppidi del Pobo,



ac in decreto de capiendo inseritur clausula: *I si para ello fuere necessario, implorareis el auxilio del brazo Seglar; simul que ex hoc Processu resultat, captionem cum assistentia Judicis Ordinarii præfati Oppidi del Pobo executam fuisse, qui claves carceris Regiae, Executori Ecclesiastico tradidit, ad custodiendum reum, quoadusque translatus fuisse ad carceres Episcopales Turolens.* Et anno 1741. fol. 146. dorsi. & 147. sine auxilio captus fuit Blasius Alcorisa: & quamvis imploratum fuisse auxilium à Judice Ordinario Turolens. qui renuit id impatrire, nisi expeditis prius Literis exortatoriis; Ministri tamen Curiæ Ecclesiasticae præfatum reum carceribus Episcopaliibus manciparunt. Tandem anno 1742. à Ministris Judicis Ecclesiastici captus fuit sine auxilio Petrus Blasco, quæ captio ansam dedit huic Competentiæ jurisdictionis.

25 Hactenùs Processus, & exemplaria, quæ unicè consuetudinem in causis Matrimonialibus, & Sponsalium specificè in hac contentione deductam percutit, in medium protulimus, & singulatim expendimus: nunc autem

transitum facimus, ad probationem generalis consuetudinis ejusdem Civitatis, & Diocesis Turolens. sub articulo comprehensam, procedendi Judicem Ecclesiasticum contra Laicos per suos proprios Ministros, ad executionem pœnarum temporalium in omnibus causis, delictis, & casibus, quorum cognitio, vel privativè, vel præventivè ad ipsum spectat; & cum hæc probatio generalis consuetudinis ex processibus, & exemplaribus in actis hujus causæ exhibitis resultet, singula, juxta seriem, rationemque temporum expendemus, incipiendo ab antiquiori exemplari, & processu anni videlicet 1565. fol. 93. ex quo resultat Franciscum Lanzuela, vicinum Oppidi de Cella, fuisse captum per Judicem Ecclesiasticum, non implorato auxilio, ex eo quod irriserit Sacras Ecclesiæ Cœmonias, qui per sententiam fuit condemnatus in expensis, & aliis pœnis. Ac anno 1573. fol. 103. capti fuerunt sine auxilio Michael, & Jacobus Gafcon, propter verba injuriosa proleta contra Rectorem Oppidi de Pitarche; & per sententiam mulctati in quantitate centum

solidorum , & aliis pœnis.
Anno autem 1574. fol. 103.
dors. & 104. captus fuit simi-
litèr sine auxilio Nicolaus
Gargallo , vicinus Oppidi de
Linares , bonaque ejus se-
questrata , ex eo quod Licen-
tiatum Gasparem Sanchez,
Presbyterum , cum scoplo , &
armis in eremo invasserit, con-
demnatusque fuit per senten-
tiam in quantitate centum so-
lidorum , & aliis pœnis.

26 Deindè anno 1575.
fol. 93. dors. executa fuit cap-
tio sine auxilio , in personam
Francisci Lanzuela, vicini Loci
de Cella , propter vulnus
alteri illatum in Ecclesia , se-
questrataque fuerunt ejus bo-
na in præsentia Juratorum
dicti Oppidi , qui etiam fue-
runt Testes hujus diligentia^æ,
ac per sententiam mulctatus
fuit pœna exilii à præfata Di-
cesi. Ac anno 1576. fol. 105.
sine auxilio captus fuit Joa-
nes Igual , vicinus Loci de
Nogueruelas , ex eo quo va-
riis pugionis ictibus quem-
dam Ecclesiasticum vulnera-
verit , ejusque bona executa
fuerunt præsentibus Jurato,
ejusque Locum Thenenti dic-
ti Loci , qui ea in deposito re-
ceperunt , & per sententiam
fuit condemnatus pœna exilii

per decem annos à toto Ar-
chipresbyteratu Turolenſi , &
mulctatus in quantitate octo-
centorum solidorum Jaccen-
sium , & expensis , ad quo-
rum omnium solutionem sub-
haſtata fuerunt ejus bona.
Anno 1577. fol. 79. dors. &
80. similitèr capti fuerunt si-
ne auxilio Petrus Corrella, vi-
cinus ejusdem Loci de No-
gueruelas , ex eo quod diebus
festis non cessabat ab operi-
bus , sequestrataque ejus bo-
na ; & per sententiam mulctatus
in quantitate quinquaginta
solidorum. Eodemque anno
fol. 68. dors. captus fuit Joa-
nes Moorte , vicinus Loci de
Cañadavellida , ex causa usu-
raria à Judice Ecclesiastico
præventa. Anno 1578. fol. 95.
dors. eodem modo fuit captus
Joannes Calvet , vicinus Civi-
tatis Turolenſ. propter occa-
ſionem ab ipso datam pertur-
bationis , & inquietudinis in
Ecclesia Sanctæ Mariæ ; & per
sententiam mulctatus in quan-
titate centum solidorum Jac-
censium , exulatusque per
annum à præfata Civitate.

27 Rursus anno 1579.
fol. 69. ex causa usuraria præ-
venta à Judice Ecclesiastico
fuit captus sine auxilio Joa-
nes Dominguez , præsente

Judice Sæculari Loci de Vilel , sequestrataque fuerunt ejus bona , ac deposita in posse , & manibus Locum-Tenantis Justitiae dicti Loci . Anno 1586. fol. 81. dorf. & 82. Bartholomæus Floret , vicinus Civitatis Turolens . ex eo quod non observasset solleme votum ab eo emissum de non ludendo , fuit captus sine auxilio , & reclusus , *causa custodiae* in Regali Arce dictæ Civitatis . Eodem anno fol. 106. dorf. & 107. fuerunt capti sine auxilio Dominicus Rubio , & Marcus Garcia , vicini Oppidi de Bueña , propter injurias verbales contra quemdam Ecclesiasticum , & connatum eum occidendi ; quamvis in provisione de capiendo inserta fuerit illa clausula : *In vocando para todo ello , si necesario fuese , el auxilio , y socorro del brazo Secular*. Anno 1589. fol. 83. & 84. captus fuit sine auxilio Andræas Estevan , Notarius Civitatis Turolens . ex eo quod invaserit domum , & hortum cuiusdam Ecclesiastici ; licet ejus personæ investigatio fuisset executa cum assententia Judicis Sæcularis , cui *causa custodiae* fuit traditus . Anno 1594. fol. 71. dorf. capti fue-

runt sine auxilio Jacobus Fonfria , Gundisalbus Marco , Joannes Domingo , Michael Clemente , & Joannes Aparicio , Jurati , & Consiliarii Oppidi de Albentosa , ex eo quod impedire connarentur tradi Sepulturæ Ecclesiasticæ cadaver , qui in carceribus Regiis Civitatis Turolens . *causa custodiae* fuerunt detrussi .

28 Ulterius anno 1596. fol. 107. dorf. propter injuriam illatam à Jacobo Pastor , vicino Loci de Manzanera , proprio suo Parocho , & Beneficiatis dictæ Ecclesiaz , fuit captus sine auxilio , sequestrataque ejus bona , uno ex testibus existente Justitia , seu Judice Sæculari ejusdem Loci . Anno 1597. fol. 107. dorf. & 108. captus fuit eodem modo Joannes Rubio , vicinus loci de Balacloche , propter verbalem injuriam illatam suo Parocho , sequestrataque fuerunt ejus bona . Anno 1597. fol. 61. dorf. usque ad 63. captus fuit sine auxilio Joannes Simon , vicinus Oppidi de Alcalà , tamquam incestusus , & executa fuit sententia publicæ ignominiaz in Civitate Turolens . & Loco de Alcalà , traditusque fuit car-

ceribus Regiis, *custodiæ causa*, adimplevitque exilium, in quo fuerat condemnatus. Anno 1598. fol. 82. dorf. propter inobedientiam suo Parocho intra Ecclesiam, ipsum verbaliter injuriando, captus fuit sine auxilio Joannes Cebrian, vicinus Loci de Tortajada. Eodem anno fol. 73. dorf. cum Petrus Fortun, Judex Sæcularis, quartus locum tenens in Civitate Turolensi. impediret Ministros Curiæ Ecclesiasticae exequi inventarium aliquorum bonorum, manusque violentas injecterit in Fiscalem Ecclesiasticum Curiæ Ecclesiasticum Curiæ Ecclesiasticae Turolensi. fuit publicè excommunicatus, qui cum ad Illustris. Dom. Hispaniar. Nuntium provocaverit, & obtinuerit absolutionem à Censuris Bullæ in Cœna Domini; se representavit coram Vicario Generali Turolensi. ut beneficium absolutionis obtingeret, præstito certo jamento, de quo in præfato processu.

29 Insuper anno 1599. fol. 63. capta fuit sine auxilio Joanna Martinez, vicina Civitatis Turolensi. & carceribus Regiis *custodiæ causa* tra-

dita; propter in honestam ejus vitam, & alia crimina, quæ resultant ex processu. Eodem anno fol. 64. propter concubinatum capta fuit sine auxilio Mariana Maciano, traditaque carceribus Regiis, *custodiæ causa*, ejusque bona sequestrata. Anno 1602. fol. 85. & 86. per Parochum Loci de el Pobo fuit captus Jacobus Floret, vicinus Loci de Esparraguera, Principatus Cathalauniæ, nullo implorato auxilio, traditusque fuit carceribus Regiis, *custodiæ causa*, ipsique variæ pœnæ impositæ fuerunt, ex eo quod absque licentia Episcopi elæmosynam peteret pro cultu Deiparæ Mariæ Virginis Montiserrati. Eodem anno fol. 96. dorf. capti fuerunt sine auxilio Joannes Ibañez, Antonius Gomez, & Franciscus Ibañez, vicini Oppidi de Sancta Eulalia, propter rixam intra Ecclesiam, sequestrataque eorum bona. Anno 1604. fol. 99. dorf. in Loco de Sarrion per ipsum Vicarium Generalem Turolensi. sine auxilio capti fuerunt Joannes Petroche, Notarius, & Franciscus Ortigas, Ministri Civitatis Cæsaraugustæ propter verba injutiosa pro-

F la,

lata intra Ecclesiam. Eodem anno 1604. fol. 108. dorf. & 109. fuit captus, absque auxilio Joannes Perez Navarro, vicinus Civitatis Turo-lens. ejusque bona investigata, & sequestrata, propter realem, & verbalem injuriam Clerico illatam. Eodem anno fol. 109. dorf. & 110. fuerunt sequestrata sine auxilio bona Gasparis Ludovici Perez Monteagudo, vicini Loci de Mora, imputati de homicidio in Clericum comisso, & de percusione alterius; & in mandato de capiendo apposita fuit clausula: *Y si necessario fuere, invocareis el auxilio del brazo Seglar:* qui cum capi non posset, propter recursum ad Illustris. Hispaniar. Nuntium, excommunicatus fuit.

30 Pariter de anno 1605. fol. 110. dorf. fuit investigatus Clemens Valero, Scriba, vicinus Loci de Alaba, ac ejus bona sequestro supposita posteaque captus sine auxilio, ob realem injuriam illatam proprio Paracho. Anno 1611. fol. 86. dorf. 87. & 88. Franciscus Gamir Villaespesa, vicinus Civitatis Turo-lens. proper delicatum poligamiæ captus fuit

sine auxilio, & postmodum sub fidejussoribus relaxatus, fugam attipuit; Curiæ Ecclesiastica iussit fidejussoribus, ut illum representarent sub pœna quingentorum aureorum; & cum iussui non parerent, mandavit procedi ad executionem bonorum, & ad eam deventum fuit cum assistentia Judicis Sæcularis, non obstante juris firma à Curia D. Justitiae Aragonum emanata, Judici Ecclesiastico intimata: post multos annos reverso dicto Gamir in Civitatem Turolii, captoque à Judice Sæculari, ob aliud delictum, cum in carceribus Regalibus detineretur, fuit repetitus à Judice Ecclesiastico, propter dictam causam poligamiæ, & ipsi traditus per Judicem Sæcularem. Anno 1636. fol. 72. Michael Martinez, vicinus Loci de Celadas, propter furtum cada-veris, & impeditam ejus humationem. Anno 1641. fol. 74. dorf. fuit investigatus cum assistentia Judicis Sæcularis Turoensis, Marcus Hernandez, vicinus Loci de Cella, & postea captus sine auxilio, ac per sententiam damnatus pœna exilii, & du-

ducentorum solidorum. Anno 1666. fol. 65. Anna Perez fuit capta Turolii sine auxilio, propter vitam impudicam. Anno 1688. fol. 112. fuit captus sine auxilio Dominicus Baguena, vicinus Loci de Orrios, eo quod Clericum pugione percusit. Anno 1694. fol. 112. Josephus Salas, vicinus Civitatis Turolii, captus fuit sine auxilio, propter percuscionem Religioso illatam. Anno 1697. fol. 113. Josephus Millàn, vicinus Loci de Cirugeda, captus fuit sine auxilio, quia Clericum interfere cere tentavit. Anno 1721. fol. 114. fuit captus sine auxilio Josephus Fombuena, vicinus Loci de Celadas, quia manus violentas in Clericum injecit.

31 Similiter de anno 1726. fol. 89. Michael Martin, vicinus Turolii, captus fuit sine auxilio, quia à propria uxore divertebat. Anno 1727. fol. 65. dors. Franciscus Machicote, & Emma-nuela Chavarria fuerunt capti sine auxilio, & eorum bona sequestrata, propter publicum concubinatum, & adulterium. Anno 1728. fol. 114. dors. fuit investigatus

Turolii Michael Royo, vicinus Loci de Celadas, & in dicto Oppido ejus bona sequestrata sine auxilio, propter injuriam realem illatam Fratti Capuccino: & quia in decreto de capiendo aderat clausula: *Si opus fuerit, imploretur auxilium brachii Sæcularis*, iterum investigatus fuit, assistente Judice Sæculari de Celadas. Anno 1729. fol. 76. dors. in Loco de Manzana-
ra fuit captus Joannes Martin, virtute decreti de capiendo continentis: *Quod si opus fuerit, imploretur brachium Sæculare*, & assistente Justitia dicti Loci, cui traditus fuit, *causa custodiae*, & bona dicti Martin fuerunt sequestrata sine auxilio, ex eo quod Censuras despexerit, operaque pia solvere renuerit. Anno 1731. fol. 116. fuit investigatus, & quæsus sine auxilio Gaspar Lopez, vicinus Turolensis, propter violentas manus in Clericum illatas, posteaque transcursu temporis sponte in carceribus Episcopilibus se præsentavit. Anno 1734. fol. 116. dors. Joannes Chullilla, Judex Ordinarius Oppidi de el Pobo, carceribus Episcopilibus sine auxilio fuit

24

fuit traditus , propter injuriam verbalem , & realem Clerico illatam.

32 Tandem anno 1735. fol. 77. dorf. ex eo quod Franciscus Olba , Judex Ordinarius Loci de Manzanera, propter excessum suæ jurisdictionis in personam Licentiati Rochi Juan , Presbyteri , sine auxilio captus fuit in Civitate Turol. ipsique impositæ fuerunt per sententiam pœnæ temporales , & spirituales. Eodem anno 1735. fol. 89. dorf. capti fuerunt sine auxilio Officiales Concilii Loci de Perales in Civitate Turolensi , ex eo quod bona Ecclesiastica usurpassent , & ad prophanos usus divertissent. Anno 1738. fol. 90. sine auxilio capti fuerunt Bartholomæus Lopez , & Petrus Herrera , Officiales Concilii de Campos , propter transgressionem edicti prohibitivi saltationum , & chorearum. Ac eodem modo , & propter eandem causam Johannes Rueda , & Petrus Molina in Civitate Turolensi. Anno 1739. fol. 78. captus fuit sine auxilio Petrus Noguera , vicinus Turolens. ex eo quod impediret obedire præceptis Vicarii Generalis , & multatus fuit per sententiam. Eo-

dem anno 1739. fol. 117. captus fuit sine auxilio Johannes Romero , vicinus Turolens. propter injurias verbales Clerico illatas , licet interveniente assistentia Alguaziri Regii. Anno 1742. fol. 100. dorf. sine auxilio captus fuit Thomas Aspas , vicinus Turolens. ex eo quod renuisset obedire præceptis Decani ejusdem Ecclesiæ præcipientis , ut discooperto capite incideret per Ecclesiam , ac unum puerum ex Choro percusserit.

33 Accedit insuper probatio instrumentali , de qua supra ; illa quæ resultat ex actis hujus causæ , per declarationem testium pro parte jurisdictionis Ecclesiasticæ coram Arbitris super eodem articulo 2. productorum , qui declarant de hac consuetudine immemoriali , ut resultat ex test. 1. fol. 226. 2. fol. 259. 3. fol. 267. 4. fol. 292. 13. fol. 308. 14. fol. 315. 15. fol. 320. 16. fol. 328. 17. fol. 332. & 18. fol. 339. quibus testibus , eorundemque declarationibus , maxima debet adhiberi fides ; siquidem ex illis , alii Jurisperite , alii Notarii Regii , vel Apostolici , & omnes versati in consuetudinibus , & practicis Curiarum

rum Ecclesiasticæ, & Sæcularis Turolens. ac cum plenissima cognitione, & scientia eorum, quæ in hac Competentia inter Jurisdictiones contenduntur.

34 Nec alicujus est relevantiæ, quod immemorialis consuetudo, quæ controvètitur, non sit in actis hujus causæ formiter deducta, & per testes probata, ad tradita à Cresp. *observ.* 14. *per tot.* Francisc. Leo *tom.* 3. *decis.* 7. 8. 9. & 24. Barbos. *in cap.* *Licet ex quadam, de testib.* n. 10. Mascard. *de Probat. concl.* 395. *num.* 7. Molin. *de Hispan.* *Primog.* *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 32. Nam cum principalis scopus Jurisdictionis Ecclesiasticæ fuerit immemorialem probare instrumentis, processibus, & exemplaribus, quod plenissimè ex supra traditis assedita est; probatio per testes facta, solum de servit ad corroborandam, & magis, magisque stabilendam consuetudinem instrumentaliter probatam; præcipue cum prefati testes, non utcumque deponant, sed præcisè declarent de quamplurimi aliis actibus specificis, præter mox narratis, & expensis, in quibus *Judex Ec-*

25

clesiasticus Turolens. proces sit contra Laicos, in causis, sive privativè, sive præventivè ad suum forum spectantibus, propria auctoritate; & per suos Ministros, & Executores, ad captionem & bonorum sequestrationem, quibus maximè fulcitur, & roboratur immemorialis instrumentaliter probata.

35 Illud tamen in controverso articulo falcem mitit ad radicem, quod hæc consuetudo tam particularis, ad causam, & casum principaliter in hac contentione deductum, quàm generalis in aliis casibus Jurisdictionem Ecclesiasticam Turolens. concernentibus, tot exemplaribus, testimoniis, & processibus abundè in actis hujus causæ comprobata; canonizata etiam invenitur in aliquibus contentionibus in favorem Jurisdictionis Ecclesiasticæ Turolens. decisiss: etenim ut ex testimonio sæpiùs memorato, & in actis præsentato *fol.* 150. resultat ad instantiam Promotoris Fidalis Curiæ Ecclesiasticæ Turol. oblata fuit de anno 1605, coram Vicario Generali accusatio criminalis contra Gasparem Perez Monteagudo,

G Lai-



Laicum , ac in Juribus Ba-
chalaureum , vicinum , ac in
Civitate Turolens. residen-
tem , ex eo quod alapa Li-
centiatum Dominicum Mar-
co in Sacris constitutum per-
cuserit ; ac in conclusione
supplicavit , ut publicum ex-
communicatum declarati , &
ad captionem ejus personæ,
sequestrationemque bono-
rum per Ministros præfatæ
Curiæ , & si opus fuerit
auxilio brachii Sæcularis , im-
plorato procedi ; ministrata
igitur sufficienti informatio-
ne præmissorum , decreta-
que per Judicem , Promo-
toris Fiscalis petitione ; co-
ram illo comparuit legitimus
Procurator præfati Gas-
paris Perez , supplicando re-
vocationem decreti , qua de-
negata , juris firmam , vo-
catam *Volandera* , vel *de Legos* , cum nominatione Ar-
bitri , prout moris erat , præ-
sentavit , cuius virtute , con-
testata Competentia inter Ju-
risdictiones , per Arbitros de-
cissa fuit in favorem Eccle-
siasticæ , captoque per Mi-
nistros præfatæ Curiæ præ-
dicto Gaspare , condemnatus
fuit per sententiam in
quantitate ducentorum soli-
dorum Jaccensium , & litis ex-
pensis .

36 Similiter cum de an-
no 1619. Joannes Villarro-
ya violenter manus injec-
rit , & vulneraverit in vico ,
vulgariter dicto *Calle de la*
Paz , Licentiatum Petrum
Claros , Clericum in Sacris
constitutum , captus fuit per
Licentiatum Petrum Lopez ,
Promotorem Fiscalem Curiæ
Ecclesiasticæ Turol. & dum
ad carceres Episcopales cap-
tus ducebatur ; Hieronymus
Sanchez Cutanda , Justitia , &
Judex Ordinarius præfatæ
Civitatis è manibus ejus eri-
puit , ac Regiis carceribus
detrußit , eompetentiaque in-
ter Jurisdictiones formata ,
per Arbitros in favorem Ec-
clesiasticæ decissa fuit , ut to-
tum resultat ex citato testi-
monio à fol. 152. ad 155.

37 Tandem ad instan-
tiā Catharinæ Ibañez per
Ministros Curiæ Ecclesiasti-
cæ Turolens. captus fuit , &
carceribus Episcopalibus de-
trussus D.D. Joannes Pera-
les , Medicus præfatæ Civi-
tatis , propter obligationem
sponsalitiam cum dicta Ca-
tharina contractam ; forma-
taque contentione per Præ-
torem Turolens. ex eo quod
præfatus D. Joannes esset
Laicus , & ut talis suæ Ju-
ris-

risdictioni subjectus ; ac nulla ab Arbitris data declaratio-
ne , devoluta fuit causa ad
hoc Tribunal , quæ ex con-
cordi DD. Consulentium vo-
to , in favorem Jurisdictio-
nis Ecclesiasticæ fuit decissa
sub die 8. Augusti ann. 1727.
ut resultat ex testimonio in
actis hujus causæ exhibito fol.
54. & ex tom. 8. Regest. Offic.
Cancellar. pag. 335. & seq.

38 Studuimus brevitati,
qua potuimus diligentia , sed
cum plenissima , & præcipua
justificatio pro parte Juris-
dictionis Ecclesiasticæ circa
hunc articulum , in actis hu-
jus causæ , facta sit instru-
mentalisa , deducta ex tot,
tantisque processibus , &
exemplaribus , ad stabilien-
dam controversam consuetu-
dinem , tūm specialem , tūm
generalem Civitatis , & Diœ-
cesis Turolens. Ipsa plenissi-
ma probatio Nos coagit sin-
gulatim notare , feligere , & ex-
pendere principaliora exem-
plaria , & processus , quibus
justificatur : ex ipsis enim
aperte convincuntur , & de-
monstratur , ante dismem-
brationem Episcopatus Tu-
rolens. ab Archiepiscopatu
Cæsaraugustæ viguisse con-
suetudinem procedendi Or-

dinariū Ecclesiasticum con-
tra Laicos per pœnas tempo-
rales , in causis , sive priva-
tivè , sive preventivè ad suam
cognitionem spectantibus;
quodque præfata consuetu-
do sucessivè post dismem-
brationem continuata , &
constabilita invenitur iteratis
actibus specificis , & noto-
riis , scientibus , & toleranti-
bus Regiis Ministris præfatæ
Civitatis , & Episcopatus , to-
to sæculo decimosexto exeun-
te , integro sæculo decimo-
septimo , & per tempus us-
que ad præsens elapsum sæ-
culi decimi octavi ; & tan-
dem quod in casibus , in qui-
bus ad contentionem deduc-
tus est hic articulus , compe-
tentia ex sola regula consue-
tudinis in favorem Jurisdic-
tionis Ecclesiasticæ fuit deci-
sa , ut præfatum est.

39 Agnoscimus dissi-
dium non leve versari inter
Auctores , circa probatio-
nem instrumentalem con-
suetudinis , vel cuiusvis al-
terius juris ; contendentibus
aliis , non solùm instrumen-
tis probari posse , verum &
esse potentiotem , & securio-
rem probationem , quæ ex
antiquis instrumentis , quam
quæ ex testium declaratio-
ni-

nibus resultat ; contrarium aliis oppinantibus , ut vide re licet ex his , quæ inter se edifferunt , & disputant , Cresp. observ. 14. num. 63. Franc. Leo tom. 3. decis. 24. num. 24. & 25. Gratian. discept. forens. cap. 526. num. 46. Cardin. Thusch. lit. P. conclus. 775. per tot. Menoch. de Arbitrar. cas. 526. num. 18. Et licet gravioribus fundamentis , sit fulcita opinio existimantium , immemorialem instrumentis probati posse , deductis à Jure , tām Civili , quām Canonico , ex leg. 10. §. de Probat. ibi : *Census , & monumenta publica potiora , testibus esse , senatus censuit. Leg. Cum precibus , 18. Cod. eodem tit. cap. Cum , 13. de Probation.* Concil. Trident. sess. 25. de Reformat. cap. 9. & ex his , & aliis hanc opinionem tenent Leo dict. decis. 24. num. 26. Trobat. de Effect. immemor. quæst. 12. num. 19. ubi vigin tiquinque Auctores pro hac opinione laudat , qui num. 69. vers. Et tandem , duo refert exemplaria Supremi Aragonum Consilii. Lagunez de Fructib. part. 1. cap. 15. numer. 127. Gratian. discept. forens. cap. 526. num. 46. Tusch. lit. P. dict. conclus. 775. per tot.

40 Attamen plurimum nobis arridet , & placet , pro conciliandis dissidentibus AA. opinionibus , ac stabienda probatione instrumentalī , in actis hujus causæ pro parte jurisdictionis Ecclesiastice Turrolens. facta , distinctio inter instrumenta excludentia possibilitatem possessionis , vel consuetudinis magis antiquæ , vel non excludentia , seu inter illa instrumenta , quæ dant initium causæ possidendi , vel possessionis antiquæ continuationem arguunt , & enuntiant : ubi enim instrumenta , quibus probatur immemorialis , non excludunt possibil itatem antiquioris possessionis , imò ex ipsis arguitur illius possessionis antiquæ continuatio ; probatio immemorialis per instrumenta non solum fieri potest , sed est certior , & secutior , quam quæ fit per testes ; ut distinguit Card. de Luca in *Miscel. discurs. 1. num. 95.* ibi : Item quamvis respectu immemorabilis , de ejus regulari natura sit , ut per testes , non autem per scripturas probari debeat , quasi quod posita scripture detur initium immemorabilis exclusivum , eique oppositum ; verius tamen est per scripturas quoque hanc justifica-

tionem fieri posse, quæ antiquorem immemorabilem supponant possessionem, vel statum, cum dicta conclusio procedat in illis scripturis, quæ dictam tituli, seu initii coarctationem importent, scilicet autem ubi vigeat, atque exclusa non sit dicta possiblitas allegandi Apostolicum privilegium, &c. Et rursus in annot. ad Concil. Trident. disc. 11. num. 17. ibi: *Adhuc tamen eadem probatio per illas scripturas fieri potest, quæ sint compatibles, quia nempe in ipsis ipsam et antiqua, & immemorabilis possessio enuntietur, vel canoniceatur, adeo ut privilegium non in ratione gratiae, & privilegii, sed in ratione probativa deducatur.* Eandemque distinctionem firmat tract. de Judic. disc. 21. num. 47. Piton. discept. Ecclesiastic. discept. 50. num. 24. & discept. 56. num. 19.

41 Applicando nunc ad immemorialem consuetudinem instrumentaliter probatam in actis hujus causæ, apertere convincitur instrumenta, & processus, quibus probatur, nec excludere possibilitatem possessionis magis antiquæ, nec initium præbere causæ possidendi, aut consuetudini introductæ; imò ex ipsis convincitur, jam tunc

29

temporis vigere illam consuetudinem in Archiepiscopatu Cæsaraugustano, quam antiquiores processus formiter enuntiant, quæ, & successivè sine aliqua interruptione continua est in Diœcesi Turoensi, post dismembrationem factam Episcopatus ab Archiepiscopatu Cæsaraugustano, notoriaque fuit ex repetitione actuum, in quibus jurisdictionis Ecclesiastica Turoensi contra Laicos ad poenales temporales processit, Ministris, & Officialibus jurisdictionis Sæcularis scientibus, & tolerantibus, ac tacite recognoscens, hoc jus fundatum existere in consuetudine uniformi, cui principium inveniri non potest, cum nullum alium titulum expressum justificativum possessionis inveniri possit, nisi immemorialis consuetudo.

42 Firmata jam, & consabilita legitima, & immemoriali consuetudine, procedendi contra Laicos ad poenales temporales, non implorato auxilio brachii Sæcularis, unicè fundamentum præbuit ad decisionem Competentiæ in favorem jurisdictionis Ecclesiasticæ Turoensi. superest obviam ire, fortioribus ob-

H jec-



30

jectionibus à Defensoribus Regiæ jurisdictionis dissertissimè ponderatis : ut autem enervaret , & everteret jurisdictione Sæcularis consuetudinem immemorialem , tot instrumentis , & testibus fulcitatam , & roboratam in favorem Ecclesiasticæ , connatur processibus , & testibus probare , consuetudinem procedendi Judicem Ecclesiasticum contra Laicos in Diœcesi Turolensi ad impositionem pœnarum temporalium , non fuisse successivam ; & in schedula coram Arbitris oblata , art. 5. fol. 35. allegat , & deducit possessionem implorandi auxilium , in omnibus causis ad forum Ecclesiasticum spectantibus , de qua depo- nunt testes , 1. fol. 67. 2. fol. 29. 4. fol. 91. 5. fol. 99. 6. fol. 105. 11. fol. 114. 12. fol. 118. 13. fol. 123. 14. fol. 128. 15. fol. 133. 16. fol. 137. & 17. fol. 141. qui tam super hoc articulo , & sicut & in 6. & seqq. conformiter declarant de quamplurimis casibus specificis circa captionem , & sequestrum bonorum Laicorum , implorato auxilio brachii Sæcularis à Judice Ecclesiastico Turolensi.

43 Ast præterquamquod ferè omnes testes pro jurisdictione Regia producti in suis depositionibus declarant , multoties vidisse captiones Laicorum , bonorumque sequestrationes à Ministris Curia Ecclesiasticæ Turolensi executas , non implorato auxilio brachii Sæcularis , qui , ex vulgatis juris principiis , plenè contra producentem probant ; tota probatio , quæ ex eorum dictis resultat in favorem jurisdictionis Regiæ , parum , aut nihil conducere potest ad scopum , & intentionem jurisdictionis Regiæ fundandam , quoad necessitatem implorandi auxilium , ad captionem Laicorum exequendam , & pœnas pecuniarias , & temporales exigendas ; si animadvertisatur juridica illa distinctione inter implorationem rigorosam brachii Sæcularis , & accommodationem familiæ Judicis Sæcularis , sive nudam (ut vocant) assistentiam : etenim ad auxilium rigorosum impatiendum , præcedere debent Litteræ Depræcatoriaæ , sive Exortatoriaæ Judicis Ecclesiastici , Ordinario Sæculari directæ , cum insertione delicti circumferentis jurisdictionem Ecclesiastici , ac sen-

sententia, vel decreti de capiendo, vel sequestrando bona Laici, quæ notificatae Judici Sæculari, judicialiter decernit impartitionem sui brachii; & in multorum opinione, prævia citatione illius, contra quem imparitur: sæcùs autem ad assidentiam accommodandam, quæ extrajudicialiter dumtaxat, & urbanè petitur, ac respectivè à Judice Sæculari conceditur, ut videlicet Ecclesiasticus suum exequatur decretum, atque scandala, & resistentiæ amoveantur; ut latè fundant Larrea dict. decis. 1. num. 4. & 26. Amaya in leg. 2. Cod. de exaction. ex num. 45. Cortiad. decis. 231. num. 23. & decis. 232. ex num. 29. & num. 60. & 65. Portoles verb. Judex, num. 93. Cancer. Variar. resolut. part. 3. cap. 19. à num. 18. Fontanel. part. 2. decis. 353. num. 8. & seqq. Pareja de Instrument. edit. tit. 2. resol. 8. num. 23. & 28.

44 Ex eadem differentia inter auxilium, & accommodationem familiæ, aliam deducunt mox laudati DD. quod videlicet Judex, qui auxilium præstat, judicialiter, & cum causæ cognitione, decretum Ecclesiastici exequitur: Judex

verò, qui nudam assidentiam, seu familiæ accommodacionem præstat, nec judicialiter cognoscit, nec jurisdictionem exercet; sed tantum adhæret Judici Ecclesiastico, ut sine impedimento suum decretum exequatur. Hinc examinatis testibus pro parte jurisdictionis Sæcularis productis, perspicuum omnino videtur confundere auxilium cum nuda assidentia, quin aliquis eorum declareret de impartitione rigorosi auxilii præstiti à Judice Sæculari Turolensi. quod certè necessarium erat ad fundandam intentionem jurisdictionis Sæcularis, vel interrumpendam consuetudinem, tot, exemplaribus, testimoniis, actibusque specificis à jurisdictione Ecclesiastica probatam.

45 Quod evidentius, ac clarius dignoscitur ex declaratione Josephi Hernandez Sanchez, Notarii Regii, & Apostolici, qui inter omnes primus, & altiori, se ostendens, indutus luce, super articulo controverso, tam inconstans, & varius in sua depositione detegitur, (ut ex sequentibus patet) quod temeritati tantum, & affectioni inservire elucescat: ait enim

in



in ea fol. 71. dorf. commissio-
nem obtinuisse à Curia Eccle-
siastica Turolenſ. ad captio-
nem Michaelis Perez , Loci
de Allepuz, quæ quidem ex-
ecutæ afferit , prævio auxilio
per Ludovicum Antonium
Fernandez , Alguacirium Cu-
riæ Ecclesiasticæ , ibi : *A cau-
sa de que el Reo diò por la puer-
ta, que este estaba de la casa,
y no por la que estaba dicho Al-
guacil Real.*

46 Immemor absdubio,
in primis , quod ex ipso Pro-
cessu compulsato , & sub tes-
timonio generali in actis ex-
hibito à jurisdictione Eccle-
siastica fol. 130. & 131. liquet
captiuum prædictum Michael-
lem Perez absque imparticio-
ne auxiliï , & in carceribus
Regiis præfati Loci deposi-
tum , custodiæ causa , usque-
quo ad Episcopales hujus Cu-
riæ fuit transvectus : deinde
quod ipse testis Hernandez
fidem facit , ut Actuarius di-
ligentia fol. 131. quod asso-
ciatus cum prædicto Alguaci-
rio , ibi : *Accediò personalmen-
te à las casas de la propria habi-
tacion de Miguèl Perez, y recono-
ciendo aquellas, hallò en un quar-
to al susodicho , y lo prendió , y
asegurò : Et tandem , quod
in altera ipsius depositione*

coram Arbitris in causa con-
tentioñis anni 1734. ipsam
captionem pro casu specifico
adducens in favorem juris-
dictionis Regiæ fol. 200. affir-
mavit , ibi : *Se prendió à Mi-
guèl Perez , Estudiante , natu-
ral del Lugar referido , en la
casa de su propria habitacion,
estando aún en la cama.*

47 Progreditur ultra
illius temeritas , & inconstan-
tia : animadvertisendo , quod
in sua declaracione mentio-
nem faciens de captione The-
resia Bruscas , Loci del Pobo ,
sub anno 1729. ait fol. 72.
dorf. de mandato Provisoris
imploratum ab ipso auxilium
à Prætore Turolenſ. & impar-
titum in scriptis , quin præ-
existeret rumor , aut timor
resistentiæ; obliviscendo , quod
in prædictata ipsius depositio-
ne anni 1734. constat fol.
202. dorf. Primò : auxilium ,
quod ait imparitum à Præ-
tore , fuisse imploratum in
illius defectum Decano Rei-
publicæ Senatori. Secundò:
casum hunc per ipsius expli-
cationem , nec fuisse auxiliï
rigorosi , nec assidentiæ nu-
dæ , ibi : *Y con efecto su Mer-
ced (habla del Corregidor)
en el mismo Despacho , que el
Testigo llevaba , puso algunas
lineas;*

lineas; y segan hace memoria, aunque formalmente no se acuerda, le parece fuè mandar al Alcalde del expressado Lugar, no impidiesse la execucion, que al testigo se le havia cometido en su despacho: & tertio tandem, fol. 201. dorf. præsupponit imminens periculum vitæ in Ministris supervenisse, ex tumultu in Loco suborto propter captionem: quæ omnia in universum collata, testem hunc, & ignarum, & varium, ac de falso convictum super articulo, non obscurè deducunt.

48 Præter hanc testium probationem coram Arbitris à Jurisdictione Sæculari productam, aliam de immemoriali, devoluta causa ad hoc Tribunal, sub artic. 2. suæ schædulæ fol. 38. dorf. super imploratione auxilii, docere tentavit, allegans in omnibus causis de privativa, aut præventia cognitione Judicis Ecclesiastici in Laicos, captiones, & bonorum sequentia executa, impartito auxilio, & non aliter; verùm depositiones quatuor testium ad eam fulciendam, cum commissione hujus Tribunalis Turolii examinatiorum parvipensa, ac despectæ fuere,

& merito quidem omnibus eorum exceptionibus introspectis.

49 Sese enim obtulit præ oculis, & eorum natura abjecta, & qualitas artis Textoriæ, qua abundant, ut non illaquearet animus super nota imperitia, & inaccesibili discussione controversi articuli, quod ad evidentiam perduxit ex eorum secundus, qui fol. 182. pro casu specifico exponit: *Que un Alcalde, llamado Les, en su presencia á las doce de la noche prendió á Mosen Pedro Andrès en la Plaza Mayor de Ternèl, y le llevó á las Carceles Reales.* Accedit insuper, quod nullus eorum in comprobationem articuli, & veritatis testimonium, docet de captione aliqua, vel sequestratione bonorum Laici, prævio auxilio judiciali, & rigorofo Jurisdictionis Regiæ: imò inter eos 4. qui fol. 189. affirmat, captos, auxiliante hac Jurisdictione, Josephum Salas Turolii, & alium vicinum Loci de Celadas, de falso convincitur ex processibus in causa compulsatis; eo quia fol. 113. testimonii Jurisdictionis Ecclesiasticæ constat executam captionem præfati Josepi Salas absque au-

xilio , aut assistentia Jurisdictionis Regiæ , cui consonant , & tres unicæ , quæ sub eodem testimonio inveniuntur executæ fol. 72. 114. & 115. vicinorum Loci de Celadas.

50 Innotescit amplius eorum uniformis imbecillitas captiosè seducta , ac affectatè machinata , ex attestatione eorum consona , & univoca ; scilicet numquam ad captionem , seu sequestrum in bonis Laicorum à Jurisdictione Ecclesiastica deuentum absque auxilio , nisi quando sigilosè , & clandestinè , insciis Prætoribus , & aliis Ministris Regiis Tirolii , & Diœcesis fuere aliquando executa , cui damno obviam ire , satagerunt in casibus ad eorum notitiam superventis : invigeles , & insontes redargutionis ex ipsa causa emanantis , ex multiplicitate actuum , in quibus ante , & post dismembrationem palam cum notitia , & assensu Ministrorum Regiæ Jurisdictionis , tām Civitatis , quām Diœcesis , Ordinarius Ecclesiasticus Tirolensis per se , & suos Ministros absque auxilio , ad distinctionem personalem , & bonorum Laicorum procef sit , dummodo ad suum fo-

rum , aut privativè , vel præventivè punitio delictorum spectaret : verū quid miramur in hac , & aliis crassissimis testium obumbrationibus ? Si eorum secundus vocatus Didacus Aragon , qui coram Arbitris depositus sub die 31. Martii labentis anni fol. 16. dorsi . in fin. & ætatis sexaginta & sex annorum se esse proficitur fol. 114. dorsi de novo productus , causa devoluta eodem anno , die que 19. Maii fol. 167. cursum vitæ suæ potraxit ad decrepitam septuaginta & octo annorum ætatem , ut fol. 184. absque trepidatione testatur .

51 Sed quid immoramur in examinandis declarationibus testium productorum pro parte Jurisdictionis Sæcularis , ad probandam consuetudinem necessitatis implorandi auxilium rigorosum brachii Sæcularis , vel convellendam justificationem plenissimam factam pro parte Jurisdictionis Ecclesiasticæ in his actis ; cum Jurisdictionis Sæcularis Tirolensi planum , & expeditum iter habebat , ad probandam consuetudinem ab ipsa assertam , non per vaga , obscura , & aqui-

voca testium dicta; sed per status, & exemplaria canonizantia consuetudinem implorandi auxilium ab ipsa prætensiō: etenim ut præfatum est supra cum Larrea, Cortiada, Cancerio, Pareja, & aliis, ut rigorosum auxilium impariatur necessariō præcedere debent Literæ Monitoriales, & aliæ diligentiæ judiciales apud acta Judicis Ecclesiastici; ac simili- tè de notificatione, ac de- creto imparitionis brachii, de diligentissque subsecutis in captione rei, ac sequestratione bonorum, & diligentiis factis, ex actis exis- tentibus, & asservatis in Curiā Sæculari Turolens. ex quibus proculdubio resultaret plena justificatio consuetudinis deductæ in actis hujus causæ à Jurisdictione Sæcu- lari: cum igitur nullum exemplar producatur, ex quo argui possit imploratum fuisse à Judice Ecclesiastico ri- gorosum auxilium; imò to- tum contrarium resultet ex actis, exemplaribus, & processibus pro parte Jurisdic- tionis Ecclesiasticæ præsen- tatis; frustra contenditur cùm æquivocis, & generalibus pro- testium declarationibus pro-

bare consuetudinem imme- moriam implorationis, & respectivè imparitionis bra- chii, ut Judex Ecclesiasti- cus sua decreta contra Laicos exequi valeat in causis, & casibus, ad suum forum, & cognitionem spectanti- bus.

52 Nec tandem confe- runt in favorem Jurisdictionis Regiæ testimonia, & Pro- cessus, quibus se juvare con- natur: nam quæ apud Arbitros fol. 150. 152. & 153. apparent per compulsorium registrata, circumscriptos au- xiliī rigorosi terminos non at- tingunt. captio enim Lici- tiati Loci de Aguilat executa absque præexistente causa cir- cumferente Jurisdictionem Ordinarii Ecclesiastici, dig- noscitur attenta, & remissio illius Prætori Sæculari, cu- jus foro, uti Laicus nativè erat subditus: consuetudi- nem Curiæ Ecclesiasticæ pro- cedendi contra Laicos ad pœ- nas temporales, in casibus suæ Jurisdictioni subjectos in nihilo innovare, aut inter- rumpere est notorium: æqua- que lance metitut casus Loc- ci de el Pobo jam explana- tus: nam visis Literis à Pro- visore Ecclesiastico, Præto-

ri Turolensi directis , & subsecuta istius acquiescentia, retorquetur ejus narrativa , & competentia inchoata contra ipsam Jurisdictionem Regiam tolerantem , absque imploratione auxili , progressum ad ulteriora. Ac denique Processus contra D. Joannem Lopez de Heredia in Villa de Alagon domiciliatum anni 1627. qui, devoluta causa , fuit productus, ejusdem est irrelevantiae in fomentum Jurisdictionis Regiae ; quamvis enim in eo Jurisdiction Ecclesiastica tantum obtinuerit , in sui favorem contentionem decissam: *Quoad Censuras , & pœnas spirituales tantum* , ut ex ejus sententia resultat : visis actis apparet , nec allegatam , nec probatam fuisse consuetudinem , ut supra insinuatum est; ex quo capite , ut & in aliis Processibus jam relatis hujus Curiae Archiepiscopalis Cæsaraugustæ , quoad pœnas temporales exequendas non obtinuit ; cum nec assumi potuisset examen , & discussio super non articulata consuetudine , quæ erat fundatum ad id decendum.

53 Explorato jam inna-

ni , ac fastidioso cumulo testium pro hac Jurisdictione productorum , introspectaque attestacionum , & aliorum actuum , ac instrumentorum irrelevantia : superestantum objecta diluere , quæ magnoperè à Defensoribus Regiis connantibus , irramen reddere antiquam , & successivam Ecclesiasticæ Jurisdictionis consuetudinem, fuere ponderata. Ajebant enim de ejus uniformi , ac invariato procedendi stylo non doceri ; imò de difformi constare : tūm ex captione Joannis Bonfil , vicini Villæ de Mora , sub anno 1566. ad instantiam Barbaræ Vicente , quæ executa resultat à Judice Sæculari Ordinatio ejusdem Villæ , eumque postea repetisse Ecclesiasticum Ordinarium Turoensem : tūm ex alio huic simillimo casu in processu adversus Joannem Martinum de Jayme , Loci de Manzanaera , anni 1729. carceri similitèr mancipatum , auxiliante , & exequente Judice Sæculari: quæ omnia liquent ex testimonio ab ipsa Curia Ecclesiastica Turolensi exhibito in actis Competentiae anni 1734. fol. 35. & 36.

UL:

54 Ultra progredientes, exempla Curiæ Ecclesiasticæ, quibus se in possessione carcerandi Laicos absque auxilio Judicis Sæcularis, probare nititur, de falso civiliter notabant, ob manifesta vitia emmendationum, & interjectionum in eis animadversa, quæ ansam dedere ad eorum redargutionem, ut patet ex diligentia fol. 25. Procuratoris Regiæ jurisdictionis: ac tandem ex eorum serie, ac cumulo ponderabant pululare notam varietatem, & discrepantiam in captionibus Laicorum: aliæ enim executæ, quin de auxilio ulla peragatur mentio: aliæ, eo implorato; sed simplicitè: & aliæ denique, circumscripto ad casum necessitatis, ac resistentia, mediante clausula: *Si opus fuerit.*

55 Per hæc omnia, quæ in facto nitida, Defensores Regii asserebant, improbatam, prout de jure abs dubio legitimam consuetudinem Curia Ecclesiastica Turolensi. ad distinctionem personalem Laicorum, pœnasque in eos temporales infligendas exclamabant: eo quia nec exempla producta, et si quam plurima in forma probanti, aut non

37

suspcta, imò laborantia vi-
tio visibili emmendationum:
nec quando suppleri, aut sub-
sanari queat; uniformis pos-
sessio, ac stylus se habendi in
sequestris, ac captionibus
Laicorum, ex eis deducitur:
imò repetita processuum va-
rietas, quæ quidem (etsi in
unico tantum actu appareret)
consuetudinem allegatam in-
terruptit, ad tradita à Gon-
zal. in cap. 1. de Consuetudin.
num. 11. Larrea alleg. 97. nu-
mer. 7. Fontanel. decis. 337.
num. 21. 22. & 23.

56 Verùm tota hæc ma-
china corruit, præ oculis habi-
ta, quæ in facto à Defensori-
bus Regiis, omissa est, aur
variata notitia, exemplar enim
Joannis Bonfil enarratum in
præcitato testimonio, nihil
confert ad intentum: fuit enim
ab Ordinario Ecclesiastico Tu-
rolensi. decretum de capiendo
provisum, ad instantiam Bar-
baræ Vicente, quia renuebat
vitam maritalem continuare,
ac tempore executionis illius,
Judex Ordinarius Sæcularis
Villæ de Mora præventivè
eum carceribus Regiis man-
cipavit, aut ratione scandali
subsecuti, aut alia causa su-
perventa: idque patefit, quia
nec resultat captus, instante

Ecclesiastica jurisdictione, nec implorato, ac impartito brachio Sæculari: imò oppositum suadetur ex clausula: *Y haviendosele requerido, y pedido por el señor Oficial Ecclesiastico de esta Ciudad, incontinenti lo entregò, y fue puesto en las Carceles Episcopales de ella.* Ad quid enim requisitio, ac exhortatio Judicis Ecclesiastici, ut reum suæ traderet jurisdictioni, si illius captio, implorato præviè auxilio rigoroso, executa foret ab Ordinario Sæculari? Quod certè devincit subterfugisse, veram accommodare applicationem.

57 Etiam inficitur in radice, & aliud Joannis Martin de Jayme, Loci de Manzana: cuius captio, quæ constat decreta cum imploratione auxilii simplicitè ex præ allegato testimonio absque clausula: *Si opus fuerit: registrato processu originali compulsato, & sub testimonio generali Ecclesiasticæ jurisdictionis comprehenso sub fol. 78. invenitur implorari jussum ad casum necessitatis restrictum, & ad ammovendam resistantiam, si supervenerit, aut in executio- ne timeatur, ibi: Y si para con- jecucion de lo que se lleva dicho fuere necessario implorar el auxi-*

lio del brazo. Secular, lo hagais.
Ec. Quod quidem, testimoniū pro Defensoribus Regiis adductum, diminutum convincit; sed nihil ultra ad intentum.

58 Vitium etiam infelicitatis, ac redargutio Civilis Processuum, parum, aut nihil obstat, est notorium: tūm, quia ex diligentia Actuarri causæ, prævio decreto nostro, revisis causis compulsatis constat fol. 72, suspicione falsi non laborare, nec emmendationes, aut interjectiones à Regiis Defensoribus animadversas, fidem eorum turbare valere, eo quia nec in parte substantiali, nec de recenti alteratio notetur, aut patet fiat; quod quidem (& non vagat generalis exceptio allegata) congruum medium erat ad civilem redargutionem, & eorum fidem confundendam: tūm etiam, ex eo quod usque ad moderna tempora in Curiis Ecclesiasticis hujus Regni, emmendationes, aut interjectiones ab Actuaris non testabantur, ut de notorio est compertum: & tūm denique, quia in Competentia anni 1734. quasi omnes Processus in hac compulsati, fuisse exhibiti, citatis Procura-

toribus jurisdictionis Regiae, qui in compulsorio interfuerunt, ut ex actis liquet, quin de eorum solemnitate disceptaretur, nec exceptio falsitatis noviter inventa elucescat opposita.

59. Instaurata Processuum fide, & auctoritate, difformitatem actuum, quæ ex eorum ventre à jurisdictione Regia promanare exponitur, inefficax est exceptio ad convellen-dam, & offuscandam consuetudinem: etenim, ut ex eorum serie constat, stylus hujus Curiæ Ecclesiastice Turo-lens, uniformis semper dignoscitur: providendo in captionibus, & sequestris Laicorum, dum timor, aut probabilis resistentia imminet, implorationem brachii Sæcularis, si opus fuerit: in aliis vero, ubi hæc non permiscen-tur, exequendo per se, & suos Ministros pœnas tempo-rales, captiones, & sequestra, absque accommodatione regiae armatæ familiae: quæ dif-ferentia juridica promanat ex ipsam natura assistentiæ nudæ, utpotè actus facultativi, quin ex ea varietate, discre-pantia elidens, & turbans le-gitimam justificationem im-memorabilis consuetudinis,

valeat induci: imò ipsa series processuum sub una, & alte-ra forma exequendi sequestra, & distinctiones persona-les Laicorum firmat absdubio, numquam de necessitate ad implorationem auxili deven-tum, & hoc aſſistentibus Præ-toribus, aliisque Judicibus Ordinariis Turolii, & Dioc-eſcis, quibus & innotuit Ity-lus ſuccesſivus, & antiquus ſe habendi hujus Curiæ, & ac-quieverunt ulteriori, unifor-mique ejus practicæ.

60. Infistebant denique Defensores Regii contra præ-tensam consuetudinem: quia ut introducta, & continuata abſque scientia, & patientia Principis, (quæ nec allegata reſultat) ejus dominationi, & mero imperio obesse non po-terat, ex Gloss. in verb. Sta-tum, cap. Constitutionem, de Verbor. signific. Larrea allegat. 92. à num. 15. & hoc licet ad-mitteretur notitia Officialium, ac Ministrorum Regis (de qua ajunt non conſtare) quia ſcientia præsumpta Principis, quæ elicitur, iſi nocere ne-gant: ultra quod ad firmita-tem, & robur consuetudinis neceſſariò desideratur, ut ca-nonizata appareat in judicio contradictorio per pluralita-

tem

tem sententiarum, juxta dispositionem leg. 5. tit. 2. p. 1.

61 Sed eorum pace diluuntur hæc omnia serio examinata; scientia enim Principis vera probari debet in actibus, in quibus induci vellit renuntiatio Juris, quod posset ipsi competere: sufficit tamen præsumpta ex notitia Officialium, ut noceat, quoad præscriptionem inducendam contra ipsum, ut non dubitavit firmate ipse Larrea dicit. allegat. 92. num. 23. ibi: *Et quando Scientia Principis præsumpta ex Scientia Officialium noceret: id tantum quoad præscriptionem admitti posset; non vero ut ex ea renuntiatio juris sui inducatur.* Hæc tamen adeò convicta est omni tempore, ut de ea dubitare fas sit, tot concurrentibus repetitionibus voluntariis Laicorum, Ordinariis Ecclesiasticis Turolensi tot per ipsos, custodiæ causa, carceribus Regiis mancipatorum; totque pœnarum temporalium executionibus subsecutis palam, & absque contradictione successivè introspectis, ex multiplicitate processuum à jurisdictione Ecclesiastica adductorum.

62 Ejus denique incongrua applicationis est disposi-

tio præfatæ leg. 5. tit. 2. p. 1: licet enim in ea ad inducendam consuetudinem per verba illius: *Dos juicios por ella,* pluralitas sententiarum requiratur: lex tamen non astrictat, sed explicat, & exponit inter alios, hunc modum probandi: illud enim, quod inducit consuetudinem, est usus, & mores populi, leg. de Quibus, ff. de Leg. ostendit enim ista lex (ut ratiocinatur Gregor. Lopez super ea verb. Fueren dados) unum modum inducendi, & probandi consuetudinem, & per hoc non alios excludit: si enim taxativè assumeretur, nec ulla quidem consuetudo valerer inducnam in primo actu calificationis, deficiente sententia prævia canonizatoria, illico corrueret; quod utique distans & alienum à jure nemo inficiabit: Verum quid immoratur super illius explicatione ac intelligentia, quando adhuc ad metas Defensorum jurisdiction. Reg. consuetudo est canonizata, adstantibus in causa productis, & jam ante memoratis tribus contentionum processibus inter easdem Curias Ecclesiasticam, & Seculariem Turolenses, ubi concorditer virtute inductæ consue-

suetudinis in Diœcesi, Ordinarius Ecclesiasticus obtinuit, quoad exequendas penas temporales, Laicosque suis carceribus mancipandos, ac super eorum bonis ad sequestra procedendum in casibus de privativa, aut præventa cognitione ipsius.

63 Devenimus tandem aliquando ad quartum, & ultimum articulum in hac contentione principaliter deducatum; scilicet: An Familiares, & Ministri Laici Episcoporum fori privilegio gaudere debeant necne? In qua quæstione eos à jurisdictione Sæculari exemptos, ex aliqua expressa iuris dispositione non esse, praxis hujus Tribunalis inconcusa pro comperto habuit; ut magistraliter fundavit Illustrissim. D. D. Blasius Serrate in motivis *Processus Procurator. Fiscal. Curie Ecclesiast. Episcopat. Jaccen.* in suo *Regest. tom. 5. fol. 218. dorf. vers. Ex eo, & alias:* Nosque observavimus in *Process. Ecclesiast. & Regest. jurisdiction. Villæ de Monzon in Regest. tom. 9. fol. 225. vers. Verum licet.* Nec aliter posse à jurisdictione Sæculari eximi, nisi ostensio speciali privilegio, aut legitimè probata consuetudine,

seu observantia immemorabili præfatæ exemptionis; ut propugnatur idem Illustrissim. D. Serrate ubi supra.
64 Ex hac Tribunalis praxi, promanarunt tot, tantæque decisiones, quas in unam compilavimus in præfato *Procurat. Ecclesiast. & Regest. jurisdict. Villæ de Monzon in prædicto Regest. fol. 226. §.* *Hæc ultima sententia cum seqq.* in quibus circa diversas Diœceses hujus Regni, Familiares, ac Ministros Laicos Episcoporum, & Curiarum Ecclesiasticarum declaratæ fuerunt competentiæ in favorem Judicis Sæcularis, ex hoc solo capite, quod videlicet non probaverint respectivè consuetudinem illorum exempti-
vam.

65 Undè ostensio privilegio, aut probata legitimè consuetudine immemorabili, non est ambigendum juxta superiorius deducta, Familiares Laicos Episcoporum, tamen in Civilibus, quam in Criminalibus fori privilegio potiri debere; ut præter hujus Tribunalis praxim firmant in specie, Molin. in *Repert. verb. Consuetudin. in princip. fol. 73.* Faghan. in *cap. 2. de For. competent. num. 47. in fin. & n. 64.*

Petrus Marca de Concord. Sacerd. & imper. lib. 3. cap. 9. per tot. signanter num. 8. Felician. de Vega in cap. Cum contingat, 13. de for. competent. num. 48. Cardin. de Luc. de Jurisdict. disc. 67. numer. 3. Suarez in Defens. Fid. lib. 4. cap. 29. num. 10. Cortiad. cum pluribus ab eo laudatis tom. 3. decis. 145. num. 4.

66 Hinc licet jurisdictio Ecclesiastica Turolens. nullum ostendat privilegium exemptivum suorum Familiarium: Attamen pro comperto habuimus, concludenter in actis hujus causæ inveniri probatum consuetudinem, & observantiam immemorialem, Ministros Laicos prefatae Curiæ gaudendi fori privilegio in Criminalibus: quandoquidem ex processu Competentia anni 1734. huic cumulato, in actis coram Arbitris compilatis fol. 67. resultat ex testimonio ibi exhibito sub anno 1637. & die 20. Julii firmam à Curia Justitiae Aragonum promanatam, ad instantiam Familiarium, & Ministrorum Laicorum Curiæ Ecclesiasticae hujus Archiepiscopatus, canonizatoriam exemptionis eorum à foro Sæculari, tam in Civilibus, quam in

Criminalibus; eo quia ad inhibitionem obtaindam, concludenter, & cum omnibus requisitis, Gloss. in cap. 1. de Prescript. in 6. probata fuit consuetudo, & possessio immemorabilis gaudendi fori privilegio, & exemptione: quæ quidem jurifirma renovata fuit sub anno 1672. & tandem dum jam novum Gubernium in Regno stabilitum discernebatur, observari ejus inhibitionem, & attributivum privilegium, fuit jussum anno 1724. per Literas, sermone vulgari vocatas de Sobrecarta, ut ex eodem testimonio resultat.

67 Jus huic Curiæ quæsum, & in favorem ejus Familiarium Laicorum radicatum, per immemorabilem consuetudinem exemptivam à foro Sæculari, prodeesse debere, & Ministris Laicis Curiæ Ecclesiasticae Turolens. est absurdum, si post dismembrationem supra enarratam de interruptione, aut ammissione, exemptionis, & privilegii per actus specificos in individuo non doceatur: inter effectus enim possessionis immemorabilis computatur, & ille, ut etiam de medio subducto, quolibet termino fini-

to , completa perseveret , & perfecta permaneat: unde jam sub anno 1577. in quo effec- tuata fuit dismembratio Curiæ Ecclesiasticæ Turol. ab hoc Archiepiscopatu, hæc consue- tudo immemorabilis exemp- tiva Familiarium Laicorum in esse producta , pro comperto habuimus. Et comprobant etiā processus compulsati de annis 1545.& 1554. fol. 155. dors. & 156. testimonii generalis ju- risdictionis Ecclesiasticæ Tu- rolens. in his actis præsentati.

68 De tempore autem dismembrationis usque ad præsens , invaluisse in prædic- ta Curia Turolensi consuetu- dinem exemptivam suorum Familiarium Laicorum in Cri- minalibus , convincitur ex Processu compulsatis seqq. 1. sub ann. 1591. fol. 157. tes- timonii generalis super repe- titione personæ Jacobi Hern- andez , Notarii Curiæ Eccle- siasticæ Turolens. 2. sub anno 1660. fol. 158. super restitu- tione Michaelis Hieronymi Escobedo , Notarii etiam præ- fatæ Curiæ. 3. sub anno 1733. fol. 158. dors. super exemptio- ne D. D. Petri de Asin , & Pe- tri Marco , Notariorum ejus- dem Curiæ: & ultra casus spe- cificos ex his Processibus ema-

nantibus , Testes jurisdic- tio- nis Ecclesiasticæ 1. 2. 3. 4. 15. & 16. super articulo 7. suæ schedulæ coram Arbitris, alios quamplures referunt in fomentum exemptionis Fami- liarium Laicorum hujus Curiæ.

69 Non negabant De- fensores Regii regulam in principio hujus articuli stabi- litam , cui accommodata est praxis , & stylus Tribunalis: inficiebant tamen consuetu- dinem immemorabilem ne- cessariam , adesse convictam: tūm ex eo , quia Processus ex- hibiti de falso civilitè redar- guti apparere insistebant : & tūm denique , quia & ip- sum Tribunal nostrum contra hanc prætensem consuetudi- nem , Competentiam in favo- rem Judicis Sæcularis Turo- lens. sub anno 1734. declara- vit quoad personam Ludovici Antonii Fernandez , Officialis ejusdem Curiæ Ecclesiasticæ, illi attribuendo punitionem delicti ab hoc Familiari Laico patrati.

70 Verūm prætermissa exceptione falsitatis objecta, quia jam desuper satisfit abun- dè redargutioni Processibus oppositæ : immoramus tan- tum in diluenda ea , rei judi- catæ , quæ objicitur ex causa

con-

contentionis anni 1734: quæ quidem, serio animadversa decisione, prorsus est extra-nea; ut ex nostris motivis elu-cet, tom. 9. Regest. fol. 320. sub §. Et licet, & signant̄ §. Ex eisdem fundamentis, fol 321. cujus transcribimus seriem, ut nulli dubia sit distantia, & inapplicata nota, ibi: Ex eisdem fundamentis, & juris rationibus, declaravimus, Competen-tiam Judicis Sæcularis Turoiens. de jure, & foro procedere, quoad personam Ludovici Antonii Fer-nandez, Officialis Curiæ Eccle-siasticæ ejusdem Civitatis, res-trictivè tamen ad cognitionem injuriæ Judici Sæculari illatæ, fingendo, & simulando Literas Auxiliatorias ab ipso obtinuisse: nam in superhabita pro nunc dis-cussione articuli illius; an vide-licet Ministri, & Officialis Cu-riæ Ecclesiastice, tam in Civili-bus, quam in Criminalibus à jurisdictione Sæculari sint exemp-ti, super quo ex supra notatis non est formata competentia, nec

judicium interpositum: certum omnino est, Ludovicum Anto-nium Fernandez finxisse, & supposuisse Literas Auxiliatorias Judicis Sæcularis Ordinarii Tu-roens. & alia protulisse verba offensiva, & detractiva au-to-ritatis Judicis Sæcularis, ut re-sultat ex declaratione quinque testium formiter examinatorum apud Arbitros super artic. 4. schedulæ jurisdictionis Sæcularis: Officialis enim Laicus Curiæ Ecclesiasticæ offendens, & injurians Judicem Sæcularem, illius foro subjicitur, quoad cognitionem excessus, & injuriæ, cumque ad hunc effectum nulla versetur dif-ferentia inter Officialē Sæcu-larem offendentem, & injurian-tem jurisdictionem, & Judicem Ecclesiasticum, & Officialē Ecclesiasticum jurisdictionem, & Judicem Sæcularem injurian-tem: Merito cognitio hujus excessus, & injuriæ ad Judicem Sæcularem debet spectare. Qua-re his, & aliis, prout sup-pronuntiamus, &c.

D. Josephus Martinez Rubio,
Cancellarius Competentiarum;

SIG*z*

SIG~~N~~NUM mei D. Cypriani Laplaza, habitatoris
Civitatis Cæsaraugstæ , S. C. ac Regiæ Majestatis
D. N. Regis in sua Regia Aragonum Regni Audien-
tia , ac in Tribunalí Competentiarum Scribæ, qui præce-
dente petitione Procuratoris jurisdictionis Ecclesiasticæ
Turolens. ac Decreto Illustriſſim. D.D. Josephi Mar-
tinez Rubio, Archidiaconi Belchitens. in Sancta Me-
tropolitana Ecclesia præfatæ Civitatis , Pontificiique,
ac Regii Competentiarum Cancellarii sub die vigesima-
secunda mensis Junii anno Domini millesimo septingen-
tesimo quadragesimo secundo emisso ; prædictam Senten-
tiam , & Motiva à suis originalibus Processu , & Re-
gesto, ubi continuata existunt, extraxi, & fideliter com-
probavi : in quorum fidem meo solito Signo signavi:
Cæsaraugstæ die vigesimaquinta præfatorum Mensis,
& Anni.

13
G
D
T
P
R
C
S
D
L
M
B
Y
E
G
F
H
I
J
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
U
V
W
X
Y
Z

14

15